


DV 2472

Ex libris D^r W. A.
Rehmann.



H. G. v. H. 13

M. M. 13

**PHARMACOPOEA
ANTICHOLESERICA
EXTEMPORANEA.**

AMSTELODAMI, apud MUELLER et Soc.

LONDINI, apud J. B. BAILLIERE, 219. Regent-
Street.

PARISIIS, apud J. B. BAILLIERE, Rue de l'école
de médecine No. 14.

PHARMACOPOEA
ANTICHOLOERICA
EXTEMPORANEA.

EXHIBENS

COMPOSITIONES MEDICAMENTORUM
A MEDICIS EXPERIENTISSIMIS

AD CURAM

CHOLERAES ASIATICAE
TAM INTERNAM QUAM EXTERNAM
ACCOMMODATORUM.


SCRIPSIT

FRID. AUG. AB AMMON

PROFESSOR IN ACADEMIA MEDICO - CHIRURGICA
DRESDENSI ET APUD DRESDENSES MEDICUS
ET CHIRURGUS.

Non ratio remedii communis certa dabatur,
Nam quod aliis dederat vitaleis aëris auras
Volvere in ore licere, et coeli templa tueri:
Hoc aliis erat exitio, letumque parabat.
LUCRET. de rerum natura Lib VI

LIPSIAE, APUD LEOPOLDUM VOSS.
MDCCXXXII.



ІАНІАКОЛОВА
АДІЛЕНДІСКА
ААНЧОРГА

ФЕДЕРАЦІЯ

МІжнародний фестиваль
заслужених музикантів

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ

НА СТАРІХ МІСЦІЯХ
Капелла ради національної
музичності України

ІАНІАКОЛОВА

ФОТОГРАФІЯ
АЛЕКСАНДР КОЛІСНІК
ФОТОГРАФІЧНИЙ АРХІВ
ІАНІАКОЛОВА

ІАНІАКОЛОВА
ФОТОГРАФІЧНИЙ АРХІВ
ІАНІАКОЛОВА

ІАНІАКОЛОВА
ФОТОГРАФІЧНИЙ АРХІВ
ІАНІАКОЛОВА

VIRIS ILLUSTRIBUS

EXPERIENTISSIMIS DOCTISSIMIS

C. G. KÜHN

MEDIC. CHIRURG. ET PHILOSOPHIAE DR. PROFESSORI PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN ACAD. LIPSIENSI PUBLICO ORDINARIO PLURIUMQUE SOCIETATUM ERUDITARUM SOCIO HONORARIO.

I. F. C. HECKER

MEDIC. UTRIUSQUE DR. ET PROFESSORI IN UNIVERSITATE LITT. BEROLINENSI PLURIUM SOCIETATUM MEDICARUM ET LITTERARIARUM SODALI.

ET

A. G. HEDENUS

MED. UTR. DOCTORI, APUD DRESDENSES MEDICO CELEBRATISSIMO.

OPUSCULUM HOC SACRUM ESSE
VULT

A U C T O R.

rechtsverordnete von der Reichenberg-Vereinigung
am 10. Februar 1881 verliehen. Mit dem
dieser Urkunde verbundenen Preis ist
der Herausgeber des vorliegenden Werkes
auf die Veröffentlichung dieses Werkes
und auf die Ausarbeitung derselben
mit den ihm in der Folgezeit entstehenden Kosten
unterstützt worden.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

A U C T O R.

LEOPOLDI VOSSII, bibliopolae Lipsiensis, de re medica meritissimi votis ut satisfacerem, Pharmacopoeiae huius anticholericae, libri mole quidem parvi et portatilis, cui libet autem medico practico in primis nosocomiali, ut sperare licet, haud inutilis, et in extempora-
neum, maxime ad Cholerorum lectulos, usum haud incommodi, scrip-
tionem in me suscepit. Id quidem eo lubentius a me factum est, quo aptior videbatur occasio, medicamentorum anti-
cholerorum collectioni sive pharmaco-
poeiae anticholericae, ante sex menses inchoatae, et inde a tempore ter repe-
titae (*Die Erkenntniss und die Be-
handlung der asiatischen Cholera, vierte*

Auflage. Dresden, in der Walther'schen Hofbuchhandlung. 1831. in 8. p. 80.) finem imponendi. Finem enim nunc attigisse materiam anticholericam nemo dubitabit, qui largissimam hodiernae materiae medicae, Amaltheae revera cornu, copiam in Cholerae therapia exhaustam esse perspexerit et cognoverit, nullum fere esse remedium, quod contra hunc morbum in usum vocatum non fuerit! Permutorum horum medicamentorum compositiones medicis practicis in memoriam revocare, et tirones docere, huius collectionis scopus est; accedit, quod historia medicinae, historia, proh dolor! errorum humanorum, quod certe ad Choleram pandemiam attinet, fructum quendam hinc capere potest. Denuo enim inde eluet, quam omnia omnium saeculorum decennia sunt experta, veritas ista: ad artem medicam vere ac proprie non pertinere eam disciplinae nostrae partem, quae nimium tribuit speculationibus, et nihil magis a vera morborum cognitione mentem medicorum retrahere quam effraenam illam speculandi disputandique licentiam; haec maxima Pharmacopoeiae huius anticholericae partem peperit. Negari autem nequit, ab initio huius luis, ut multi contendunt medici, plures Cho-

Iera pandemia affectos remediorum usum necasse quam vim et impetum huius morbi! Satius certe erat, ab ipsa natura discere, ipsamque imitari in operibus suis arte medica sapientiorem, quam intempestive remediorum apparatu salubriora naturae conamina evertere!

Nostris diebus post primos luis' impetus et timores medici, iterum naturae ministri, non opinantur, sed experuntur, quid natura faciat aut ferat, et sic factum est, ut post certiorem morbi notitiam certiora reperirent remedia, varia tamen et nullo modo, ut multi semper adhuc somniantur, specifica. Cave putes, Te therapiae generalis regulis carere posse apud Cholerorum lectulos; at simul cave Tibi persuadeas, huius disciplinae notitiam solam sufficere in huius morbi therapia! Medicamentis enim morbi sanantur, non methodis! Memoriae igitur inprimas longam remediorum seriem contra Choleram utilium, ut, necessitate cogente medicamenta habeas, quibus tuto, cito et iucunde mederi possis! Hunc in usum prodit haec collectio, quae, ne Tibi, Lector benevole, plane displiceat, valdopere opto. Caeterum, si humani quid acciderit, quod ne saepius factum sit, vereor, spero fore,

ut hoc operis difficultaticond ones! Haec collectio ne ansam praebeat abusui, et ne agyrtarum, histrionum, tonsorum et anuum (quorum permagnum agmen nostris diebus philologum quendam claudere saepissime legitur) innumera augeantur facinora, latina lingua usus est auctor.

Duae partes hanc pharmacopoeam constituunt, quarum prior exhibit indicem alphabeticum medicamentorum tam simplicium, quam compositorum, quae in Cholerae nunc pandemie grassantis cura et interna et externa hucusque innotuerunt; altera, amplior quidem, praebet conspectum alphabeticum formularum extemporanearum, quae in cholerae cura interna, diaetetica et externa hucusque adhibitae fuerunt, et quae prixin anticholericam, ut omnes testantur medici perdifficilem et periculosam, optime adiuvant. De remediis simplicibus tacemus, quamvis persuasum nobis sit, ad felicem choleram curand rationem nihil plus conferre, quam frequentem eorum usum, et valdopere illos medicos a scopo deflectere, qui, simpliciora despicientes, intempestivo remediorum compositorum apparatu salubria evertunt naturae conamina! Nominasse sufficiat methodicum frigoris usum, quod

Vindobonae et Berolini (CASPERO, medico celeberrimo, auctore) tot et tanta tulit Choleris commoda! Non sine causis comparant permulti urbium illarum medici graviora Cholerae epidemiae symptomata illis affectionibus, quae oriri solent, si acre et penetrabile frigus membra adurit; hoc enim humores omnes cogit, fibras adstringit coarctatque, quibus tandem omnis motus vitalis sistitur; sic in algescunt et congelantur extremae corporis partes, maior sanguinis vis ad cerebrum fertur, vasa distenduntur, unde sopor oriri solet. Protinus membris talibus frigore rigidibus opitulari debet medicus, illaque in vivum revocare calorem; facit hoc admotis quibusdam, quae paulo maiorem in se habent calorem; calor autem paulo maior quam in glaciali frigore rigidibus membris est in omni, etiam frigidissima aqua, modo haec nondum conglaciata sit, pariterque in nive; quare membra gelata utiliter in frigidam demittuntur vel nive aliisque gelidis operiuntur et fricantur, quae contractos densatosque humores pedetentim et ita solvunt, ut motu vitali iterum cieri possint. Expedit porro membris, postquam regelata sunt, frictionem adhibere. Intus sumat aeger medicamina, quae vires re-

creant et restituunt; addi possunt alexipharmacorum, quorum effectus saluber esse solet, si sudorem per omne corpus diffundunt. Sunt qui intus aquam frigidam propinant!

Scribem Dresdae versus finem mensis Decembr. MDCCXXXI.

PARS PRIMA.

INDEX ALPHABETICUS

MEDICAMENTORUM

**TAM SIMPLICIUM QUAM
COMPOSITORUM**

QUAE IN

**CHOLERAEC NUNC PANDEMIE GRASSANTIS CURA
ET INTERNA ET EXTERNA HUCUSQUE
INNOTUERUNT.**

ЛАМІЧ СЛАВ

ВІРГІЛЬІА ЗНОР
МІЛОТИЧЕ МАДОВІ

РАУД ВІСТІЧНІЯ СІДІ
МІЛОТИЧЕ МАДОВІ

ІІІ 1850.

АНДІ ВІСОВАЛА ВІСОВАЛА СІДІ ВІСОВАЛА
МІЛОТИЧЕ АДІВІЧЕ ВІСІ ВІСІ ВІСІ
СІДІ ВІСІ ВІСІ

Medicamenta asteriseo notata aut usui ex-
tero inserviunt, aut et interne et externe
adhiberi possunt.

Acetum. *

Acetum aromaticum. *

Acetum concentratum. *

Acetum destillatum. *

Acidum aceticum. *

Acidum aceticum concentratum. *

Acidum aceticum aromaticum Phar-
macopoeae Borussicae. *

Acidum aceticum aromatico - cam-
phoratum. *

Acidum carbonicum.

Acidum muriaticum concentratum. *

Acidum muriaticum dilutum.

Acidum muriaticum oxygenatum.

Acidum nitricum concentratum. *

Acidum nitroso - nitricum.

Acidum nitrico - muriaticum.

Acidum phosphoricum.

Acidum sulphuricum crudum. *

Acidum sulphuricum dilutum.

Acidum tartaricum.

- Aether aceticus.**
Aether phosphoratus.
Aether sulphuricus.
Allium sativum. *
Alumen. *
Ammonium subcarbonicum.
Ammonium muriaticum depuratum.
Amylum. *
Aqua Amygdalarum amararum.
Aqua Cinnamomi simplex.
Aqua Cinnamomi vinosa.
Aqua Foeniculi.
Aqua fontana frigida.
Aqua glacialis.
Aqua Lauro - Cerasi.
Aqua Melissae.
Aqua Menthae crispae.
Aqua Menthae piperitae.
Aqua picea.
Aqua oxymuriatica.
Aqua Sambuci.
Argilla pura.
Baccae Myrtilli.
Balnea tepida calida et frigida. *
Balsamum Vitae Hoffmanni.
Bicarbonas kalicus cum Aqua.
Bicarbonas natricus cum Aqua.
Bismuthum nitricum praecipitatum.
Borax.

- Calcaria chlorinica.**
Calomelas.
Camphora. *
Cantharides. *
Capita Papaveris.
Capsicum annum. *
Carbo praeparatus.
Carbonas kalicus crudus, s. **Kali carbonicum crudum** s. **cineres clavellati.** *
Cascarilla.
Castoreum.
Cauterium actuale. *
Cera flava. *
Cerasi nigri.
China.
Chininum sulphuricum.
Cinnamomum acutum.
Conchae praeparatae.
Cornu Cervi.
Elixir acidum Halleri.
Elixir Vitrioli Mynsichti.
Emplastrum aromaticum. *
Emplastrum Cantharidum ordinarium. *
Emplastrum Cantharidum perpetuum. *
Emplastrum opiatum. *
Extractum Belladonnae.

- Extractum Chinae fuscae.**
Extractum Columbo.
Extractum Hyoscyami herbae recentis.
**Extractum Lactucae virosae herbae
recentis.**
**Extractum Nucis Vomicae aquosum
et spirituosum.**
Extractum Ratanhae. *
Extractum Rhei.
Faba Coffeae.
Ferrum sulphuricum.
Flores Arnicae.
Flores Chamomillae Romanae.
Flores Chamomillae vulgaris.
Flores Malvae vulgaris. *
Flores Sambuci.
Flores Verbasci.
Fructus Tamarindorum.
Fumigationes Guyton-Morveauianae.*
Gas Acidi carbonici.
Gas Acidi muriatici oxygenati. *
Gas Acidi oxymuriatici. *
Gas Chlori. *
Gummi Arabicum.
Gummi Mimosae.
Gummi Tragacanthae.
Herba Absinthii.
Herba Althaeae.
Herba Arnicae.

- Herba Belladonnae.**
Herba Chenopodii ambrosioidis.
Herba Digitalis purpureae.
Herba Diosmae crenatae.
Herba Mari veri.
Herba Melissae.
Herba Menthae crispa.
Herba Menthae piperitae.
Herba Serpylli.
Herba Stramonii. *
Herba theae nigrae et viridis.
Herba Verbasci.
Hirudines. *
Hordeum praeparatum.
Hydrargyrum muriaticum mite.
Julep Camphorae.
Kali carbonicum acidulum.
Kali causticum fusum. *
Kali causticum siccum. *
Kali sulphuricum.
Lac vaccinum.
Lapides Cancerorum.
Lapis causticus Chirurgorum. *
Laudanum liquidum Sydenhami.
Lichen Islandicus.
**Linimentum ammoniato - camphora-
tum et opiatum.**
**Linimentum ammoniatum s. vola-
tile. ***

- Linimentum saponato - ammoniatum.** °
Liquor Ammonii acetici.
Liquor Ammonii anisatus. °
Liquor Ammonii caustici. °
Liquor Ammonii succinici.
Liquor Ammonii vinosus.
Liquor anodynus mineralis Hofmanni. °
Lycopodium.
Magisterium Bismuthi.
Magnesia.
Magnesia carbonica.
Malthum Hordei.
Manganesium. °
Manganum oxydatum nativum. °
Mixtura camphorata, s. Julep e camphora.
Mixtura oleoso - balsamica.
Morphium aceticum.
Moschus.
Mucilago sem. Cydoniorum. °
Mucilago Gummi Mimosae. °
Mucilago Salep. °
Naphtha Aceti.
Naphtha Vitrioli.
Natrum carbonicum acidulum.
Natrum muriaticum.
Natrum nitricum.
Nuces moschatae. °

- Nuces Vomicae.**
Oleum Baccarum Juniperi.
Oleum Cajeput.
Oleum Carvi. *
Oleum Caryophyllorum.
Oleum Chamomillae aethereum purum.
Oleum Chamomillae citratum.
Oleum Chamomillae coctum. *
**Oleum Chenopodii mexican. aethe-
reum.**
Oleum Hyoscyami coctum. *
Oleum Lini. *
Oleum Menthae crispa.
Oleum Menthae piperitae.
Oleum Ricini.
Oleum Sinapi. *
Oleum Terebinthinae. *
Opium.
Ova gallinacea. *
Oxymel simplex.
Pasta de Althaea.
Phosphorus.
Piper nigrum. *
Pix liquida et navalis. *
Poma Citri.
**Pulvis aërophorus e Magnesia car-
bonica.**
**Pulvis aërophorus e Natro carbo-
nico acidulo.**

- Pulvis aromaticus.** *

Pulvis Arrow - Root. *

Pulvis Ipecacuanhae compositus.

Radix Althaeae.

Radix Anotheci muricati s. Andropogi muritati Retz.

Radix Angelicae.

Radix Armoraciae. *

Radix Arnicae.

Radix Artemisiae.

Radix Belladonnae.

Radix Columbo.

Radix Gentianae rubrae.

Radix Imperatoriae.

Radix Ipecacuanhae. *

Radix Ratanhae. *

Radix Rhei.

Radix Salep.

Radix Serpentariae.

Radix Valeriana sylvestris.

Rotulae calc. chlorin.

Rotulae Menthae piperitae.

Saccharum Lactis.

Saccharum Saturni.

Sal volatile Cornu Cervi.

Semen Cannabis.

Semen Lini.

Semen Lycopodii.

Semen Papaveris.

- Semen Rumicis aquatice.**
Semen Sinapi. *
Species aromaticae. *
Spiritus Angelicae compositus. *
Spiritus camphoratus. *
Spiritus Formicarum. *
Spiritus Lavendulae. *
Spiritus matricalis. *
Spiritus Mindereri. *
Spiritus Rorismarini. *
Spiritus salis dulcis.
Spiritus Serpylli. *
Succus Citri.
Syrpus Rhei.
Syrpus Rubi Idaei.
Tartarus stibiatus.
Terebinthina cocta. *
Theriaca. *
Tinctura Ambrae c. Moscho.
Tinctura aromatica.
Tinctura Cantharidum. *
Tinctura Capsici annui. *
Tinctura Castorei.
Tinctura Cinnamomi.
Tinctura Hellebori nigri.
Tinctura Macidis.
Tincture Moschi.
Tinctura Opii crocata.
Tinctura Opii simplex.

- Tinctura Rhei aquosa.**
Tinctura Rhei Darelii.
Tinctura Sinapi.
Tinctura Thebaica.
Tinctura Valerianae aetherea.
Tinctura Vanillae.
Tinctura Veratri albi.
Tinctura Zingiberis.
Tragacantha.
Unguentum Althaeae. *
Unguentum Cantharidum. *
Unguentum Cerussae camphoratum. *
Unguentum Neapolitanum. *
Unguentum nervinum. *
Unguentum Terebinthinae. *
Vinum album et rubrum.
Vinum emeticum.
Vinum Sinapi.
Zincum oxydatum album.

PARS SECUNDA.

CONSPECTUS ALPHABETICUS

F O R M U L A R U M

EXTEMPORANEARUM

QUAE IN

**CHOLERAEC NUNC PANDEMIE GRASSANTIS CURA
TAM INTERNA QUAM EXTERNA INNOTUERUNT.**

Л А С Т И О Д З А В Л А Ъ
И М Е Р А Д И Б О Д О

FORMULAE

EXTEMPORANEEAE

USUI

INTERNO ET DIAETETICO

IN

CURA CHOLERAES ASIATICAE ACCOMMODATAE ET
IN ORDINEM ALPHABETICUM REDACTAE.

Acidum aceticum.

Acidum aceticum aqua dilutum saepius perutile fuit iis, qui cholera laborarunt. Propinatum est summo cum fructu his formulis.

1.

Rp. Aceti optimi uncias tres
Mellis optimi uncias duas
Aqua fontanae libras quatuor.

D. S. Pro potu ordinario.

2.

Rp. Aceti concentrati uncias duas
Syrupi Rub. Idaei, s. Mororum etc.
uncias quatuor.

D. S. Ad gratum saporem acidum aquae coquac-
leatim admisceatur.

3.

Rp. Acidi acetici unciam unam
 Aetheris acetici drachmam unam
 Syrupi Rub. Idaei uncias tres.

D. S. Ad gratum saporem acidum usque
 aquae admisceatur. Vasculatim detur.

Acidum carbonicum s. Gas acidi carbonici.

In eo omnes convenient medici, qui in cholerae Asiaticae cura versati sunt, acidum carbonicum salutiferam habere vim in tubi intestinalis iam ab initio huius morbi turbatas functiones. Prodest acidum carbonicum in vomiturbationibus et in vomitu, et diarrhoeam obortam valdopere lenit, si parvis Opii dosibus et Mucilaginosis iungitur. Sunt qui acidum carbonicum maxima efficacitate esse contendunt contra paralysin nervi pneumogastrici, quae non raro primo cholerae epidemiae stadio animadvertisit. Addi possunt acido carbonico Olea aetherea, Opium, Liquor cornu cervi, Mucilaginosa.

Formulae hae fere sunt:

Pulvis aërophorus e magnesia carbonica Pharmacopoeae Borussicae.

4.

Rp. Magnes. carbonic. drachmas duas
 Acid. tartarici triti drachmam dimidiam
 Elaeosacchari Citri drachmam unam.

M. D. S. Cochleatim aquae tepidae ita misceatur, ut aegrotus in effervescendo hauriat.

Pulvis aërophorus e natro carbonico acidulo
Pharmacopoeae Borussicae.

5.

Rp. Natri carbonici aciduli triti drachmam
unam
Acidi tartarici triti
Sacchari albissimi pulverati singul.
scrupulos duos.

M. D. S. Eodem modo sumitur.

6.

Rp. Bicarbon. natri grana quindecim
Acidi tartarici sicci grana quinque
Sacchari albi scrupulum
Olei Citri

aut:

Olei Menthae piperitae s. Caiaput.
guttam unam.

M. f. pulvis. Dentur tales doses sex usque
duodecim. S. Pulvis detur cum aquae tepi-
dae s. q., et in effervescendo hauriatur.

Acidum tartaricum cum stomachum debili-
tet, succus Citri s. Acetum vini adhiberi pos-
sunt, loco acidi tartarici.

HARLESS, Professor Bonensis, hanc laudat
formulam.

7.

Rp. Natri carbonic. oxydul. drachmam
unam

Solve in

Aquae cerasorum nigrorum

Aquae Menth. piperit. ana unciam
Tinet. Opii crocatae gutt. duodecim
usque viginti et quinque.

In momento usus adde maiori cochleari huius
mixturae Aceti vini opt. s. Succi Citri rec.
express. cochlear minus. Hauriatur in effer-
vescendo.

AUGUSTINI methodus acidum carbonicum pro-
pinandi tunc laudatur cum ex aucta ventri-
culi irritabilitate vomitus frequens oritur.

8.

Rp. Kali carbonic.

Aqua destillat. ana unciam

D. S. N. 1.

Rp. Acidi sulphur. diluti drachmas duas

Aquae font. unciam

Syrupi Rub. Idaei unciam dimidiam.

D. S. N. 2.

Aegrotus sumat omni hora cochlear ex No. 1.
superbibendo cochlear ex N. 2. Hae me-
thodo effervescentia acidi carbonici in ventri-
culo promovetur.

Sunt qui hunc potum laudant:

9.

Rp. Acidi muriatici concent. puri drachm.
dimidiam

Aquae fontanae uncias triginta

adde:

Bicarboniei natri non pulverati unciam
dimidiam

Cito mixta in lagena vitrea aut terrea bene clausa. **D. S.** Vasculatim pro potu ordinario hauriatur.

Iure huic potui praeferunt alii vinum album Gallicum effervescens (Champagner) sive Aquam fontis Seltersiani, Biliuiensis aliorumque fontium acidulorum.

JAEHNICHEN, medicus Moscaviensis et de accuratori cholerae pandemiae cognitione optime meritus, Aquam Sodaee Pharmacop. Anglicae laudat, aut frigide aut tepide Cholericas vasculatim propinandam.

Pertinet hue Potio Riverii ab omnibus contra vomitum et diarrhoeam cholericam laudata.

10.

Rp. Succi Citri recenter expressi
aut :

Aceti Vini optimi unciam
Saturnetur Kali s. Natri carbonici
quant. suff.

adde :

Aquae menthae piperitae uncias quatuor
Tincturae Opii simplicis s. erucatae
scrupulum usque drachmam.

D. S. Cochlear magnum omni hora sumatur.

Addi potest huic solutioni Liquor. c. c.
succinati drachma, sive drachmae duae; diarrhoea oborta Mueil. **G.** Arabici s. Mimosae uncia admisceatur.

Acidum muriaticum dilutum.

ROMBERG, medicus Berolinensis, in cholerae Asiaticae eura exercitatissimus, hanc laudat formulam contra diarrhoeam cholericam sine vomitu.

11.

Rp. Acidi muriat. dilut. drachmam
Mucilag. G. Arabici
Syrupi Cinnamomi ana unciam
Aquaee fontanae uncias duas.

D. S. Omni bihorio sumatur cochlear magnum.

Addimus formulam attentione medicorum haud indignam.

12.

Rp. Acidi muriat.
Spirit. sulph. aeth. ana drachmam
Aquaee Cinnamomi simpl. uncias tres
e. dimidia
Syrupi Rub. Idaei unciam e. dimidia.
D. S. Omni bihorio cochlear s. cochlearia duo.

Acidum muriaticum oxygenatum. S. Aqua oxymuriatica.

13.

Rp. Acidi mur. oxygenati
Aquaee destillatae
Syrupi Rub. Idaei ana.

Huius mixturae cochlear omni hora cholera laborantibus dare suadent medici Varsovien-

ses et Rigenses. **HILLE**, medicus Dresdanus, eandem habet opinionem. In typho post cholera oberto hoc remedium valdopere prodest. Propinetur autem necesse est aegroto quovis die uncia et quod excedit. Mixtura haec aquae frigidae s. q. diluta pro potu ordinario ministrari potest. Multi sunt qui hanc methodum laudant, e. g. **BATZER**, medicus Rigensis, qui huius remedii unciis duabus s. tribus, quotidie consumendis, cholera stupido-nervosam sive febrem nervoso-stupidam, cholera subsequentem, saepius sanavit.

Acidum nitricum fumans. S. Acidum nitroso-nitricum.

Acidum nitricum fumans, colore e fusco rubro, et vapores eiusdem coloris in aëre continuo exhalans a medicis Anglicis optimo eventu ad cholera Asiaticam sanandam propinatum est. Valdopere inclaruit nostris diebus mixtura nitrosa cum Opio, qua **HOPE**, chirurgus Anglicus, contra hunc morbum usus est. Praeteriri tamen nequit iam initio huius saeculi acidum nitrosum c. Opio contra dysenteriam a medicis Anglicis et quidem optimo eventu adhibitum esse (conf. **Observat. on the effects of nitric. acid. and Opium in the cura of dysentery. Medic. and physical Journ. Vol. III. p. 413.**), et quidem hac formula:

14.

Rp. Acidi nitrosi drachmas duas
Extr. Opii aquosi grana duo
 Aquae purae destill. uncias tres.

D. S. Acidum nitrosum cum Opio. Capi-

22

tur cochlear minimum ter quaterve die in vehiculo mucilaginoso.

Formula Horni contra cholerae epidemiam haec est:

15.

Rp. Acidi nitrici fumantis drachmam unam
Aqua Menth. piperit.

Vel

Mixturae camphoratae Pharmacopoeiae
Londin. unciam unam

Tinct. Opii simpl. gutt. quadraginta.

D. S. Ter quaterve die quarta huius mixturae pars in cyatho decocti hordei pleno propinetur.

Addendum est, Mixturam camphoratam Pharmacopoeiae Londinensis ita componi.

16.

Rp. Camphorae drachmam dimidiam
Tere c. spiritus Vini rect. guttis decem.

Terendo adde:

Saechari albi pulv. unciam dimidiam
Denique sensim affunde
Aqua destillatae uncias sedecim.

Alia eaque similis compositio haec est:

17.

Rp. Acidi nitrici fumantis scrupulos duos
Extr. Opii puri grana quinque
Aqua font. destill. uncias duas
Syrupi Cinnamomi unciam dimidiam.

D. S. Omni hora cochlear detur in decocto avenae.

BOWES, medicus Anglicus, eiusdem remedii contra eundem morbum magnus est laudator et hac quidem formula.

18.

Rp. Acidi nitrici fumantis drachmam dimidiā usque drachmam
Decocti radieis Columbo ex drachmis duabus aut uncia dimidia parati uncias quatuor.

D. S. Omni hora sumatur cochlear magnum.

Inter medicos Germanos **SINOGOWITZ**, medicus Borussicus celeberrimus acidum nitricum fumans cum Opii optimo eventu contra cholera-m epidemiam propinavit et quidem formula **HOPII** usus; siuapismos, frictiones spirituosas easdemque calidas, et balnea fervida haud neglexit.

GEBEL, medicus Lignitzieusis, hanc mixturam commendat:

19.

Rp. Radieis Salep drachmas duas
Coque in
Aqua fontanae libr. una
Colatura adde
Acidi nitrici fumantis
Spiritus nitrico - aetherei ana drachmam unam
Pulveris Cinnamomi q. s. ad gratum
saporem.

D. S. Propinetur aegro dimidium vasculum.

24

Praeferrem, si acidum nitricum fumans
aqua dilutum pro potu ordinario dare con-
sum esset, hanc formulam.

20.

Rp. Acidi nitrici fumantis drachmam dimi-
diam

Aquae destill. libram unam cum di-
midia

Syrupi Cinnamomi unciam unam cum
dimidia.

Dosis: omni bihorio unciae duae vel plures.

Acidum nitrico - muriaticum.

Duabus acidi muriatici partibus et una aci-
di nitrici compositum KOECHLIN, medicus Zue-
richensis, laudavit ad sanguinis oxydationem
promovendam eiusdemque decompositionem
prohibendam. Addidit Opium.

21.

Rp. Acidi nitrico - muriatici

Tinet. Opii erucatae ana drachmas
duas

Muc. G. Arabici unciam

Aquae Menth. piperit. uncias octo.

D. S. Cochleatim ab initio morbi quavis
hora; sensim sensimque Opii dosis dimi-
nuatur.

Acidum phosphoricum.

Cuius vis satis nota est, non tantum
profuit contra choleram, quantum alia acida
praestiterunt contra hunc morbum. BAERENS

medicus Rigensis celeberrimus et vere Hippocraticus, acidum phosphoricum saepe in usum vocavit contra cholera m ipsam, eiusque ructus, vomituritiones et singultus.

22.

Rp. Acidi phosphorici unciam dimidiam
Vini Madeirensis uncias quatuor.

D. ad vitrum et aquae s. q. ad gratum usque
saporem acidum admisceatur.

23.

Rp. Acidi phosphorici
Naphth. aceti ana drachmam dimidiam
Aquaee Cerasorum uncias septem
Syrupi Rub. Idaeи unciam unam et di-
midiam.

D. S. Cochleatim omni hora sumatur s.
aquae ad gratum saporem usque admisceatur.

Acidum sulphuricum dilutum

optimum remedium est decompositionis san-
guinis a cholerae initio saepius obvii et sitis
omnes cholericos fere excruciantis. Miscetur
acidum sulphuricum dilutum cum Aquaee et
Syrupi Rub. Idaeи s. Cerasorum suff. quanti-
tate ad saporem acidum, et vasculatum propi-
natur. Nonnunquam hac formula usi sunt
medici contra cholera m:

24.

Rp. Acidi sulphurici diluti drachmam
Aquaee Menth. piperit. unc. sex.
Syrupi Rub. Idaeи unciam.

26

D. S. Omni hora cochlear unum ad cochlearia duo.

Acidum tartaricum

plures adhibuerunt contra cholera[m] Asiaticam medici. Admiserunt has formulas potui ordinario. Sed cave, ne hoc acidum laedat stomachum.

25.

Rp. Acidi tartarici drachmas duas
Aquaes Cerasorum nigrorum unciam
Syrupi Rubi Idae[i] uncias tres.

M. D. S. Misce q. s. cum aqua fontana ad gratum saporem.

26.

Rp. Acidi tartarici unciam dimidiam
Sacchari albi uncias sex.

Misce in mortario lapideo. Drachma dimidia
sive drachma eyatho aquae fontanae s. deco
eti hordei addatur.

Aether aceticus. S. Naphtha aceti.

Guttatim propinatur remedium hoc excitans
aut pure aut cum Tinctura Thebaica, s. cum
Camphora Oleis aethereis maritata.

Aether phosphoratus.

Solutio est Phosphori granorum sex in un
cia Aetheris sulphurici.

Petropoli hanc formulam saepius, et non siue fructu, adhibitam esse narratur contra cholera-m paralyticam s. siccam.

27.

Rp. Phosphori granum
Olei Menth. piperit. (s. caryophyllor.)
gtt. quinque
Aeth. sulphur. drachmam.

D. S. Omni bihorio quinque usque vi-giuti guttulas sumat aegrotus superbibendo infusum herbae Melissae.

Sed cave si methodum nescis, peius enim est remedium anceps quam nullum in cholera.

Quae a HARLESS, Professore Bonnensi, laudatur formula haec est:

28.

Rp. Phosphori grana duo usque tria
Soluta in
Olei aeth. Macidis gutt. triginta
Aetheris sulphurici drachma una
Mucilag. Gi. mimosae unciam dimi-
diam vel unciam
Aquae flor. Naphae uncias tres.

D. S. Omni trihorio cochlear sumatur. Sed caute, et si methodum nescis — abstine.

BARCHEWITZ, medicus Borussicus, qui Choleram epidemiam in variis regionibus ob-servavit, hanc laudat formulam cholericis sae-pissime salutiferam :

Rp. Radie. Val. sylvestris

Radic. Serpentariae ana drachmas tres

Digere in aquae fervidae s. q.

Colaturae unciarum quatuor adde

Mucil. G. mimosae uncias duas

Aeth. phosphorati

Liquor. c. e. succin. ana drachmam

Syrupi Althaeae unciam.

D. S. Omni hora s. bihorio cochlear magnum detur.

Aether sulphuricus. S. Naphtha Vitrioli

propter vim nervinam, excitantem, antispasticam, et carminativam a multis medicis contra cholera laudatur spasmodicam et paralyticam. Guttatim propinari et Tinctoriae Opii, Liquori C. C. succinato iungi solet. Ne autem obliviscaris palliativum esse hoc remedium.

Alumen.

STREMPPEL, Professor et medicus Rostochiensis, Alumen medicorum practico submisit examini propter vim analepticam, tonicam, antispasmodicam. Hanc laudat formulam:

Rp. Aluminis erudi drachmam dimidiam solve in

**Mucilaginis Salep unciis sex
adde**

Syrupi Rub. Idaei unciam.

D. S. Omni hora s. bihorio, sensim augendo dosin, propinetur cochlear parvum usque cochleare magnum.

Addi potest Alumini, Opium, Moschus etc.

D. a GUMBERT, medicus apud Posenses celebratissimus, et alii medici apud eosdem Poloniae Borussicae incolas optimo eventu Alumen propinarunt cum Camphora contra diarrhoeam cholericico-serosam. Dederunt Aluminis pulverisati grana tria s. quatuor cum camphorae grano uno; saepius autem solutione Aluminis et hac quidem formula usi sunt:

31.

Rp. Aluminis crudi drachmam
Camphorae grana sedecim
Sacchari albi unciam
Aquae Melissae uncias octo.

D. S. Detur cochleatim singulis horae quadrantibus sive omni hora.

Ammonium subcarbonicum. S. Alcali volatile siccum.

EISENmann, medicus Wuerzburgensis, cholerae contagium acidæ indolis esse statuens et in cura prophylactica et in therapia cholerae ipsius medico in primis id faciendum esse putat, ut acidorum genesin prohibeat, acida in primis viis oborta decomponat, seu absorbeat, et nervi vagi paralyticam affectionem leniat. Fieri hoc statuit lotionibus totius corporis ex Ammonio caustico post balnea fervida saepius institutis, et parvis Ammonii caustici dosibus saepe repetendis.

Praeterea medicus curet, ut Liquor ammonii caustici ad fumigationes adhibeatur. Ammonio caustico Ammonium subcarbonicum substitui posse putat ad usum internum. Hanc laudat formulam, qua Ammonium subcarbonicum Chinino puro et Opio iungitur:

32.

Rp. Ammonii subcarbonici grana sex
Chinini puri granum unum
Opii puri quartam grani partem
Sacchari albi grana decem.

Dent. tales doses octo. S. Omni hora detur pulvis.

Ammonium muriaticum depuratum.
S. Sal ammoniacum.

Propter vires quas habet refrigerantes dia-phoreticas et demulcentes ab initio cholerae gastricae, uti in fine huius morbi non raro gastrico famam nactum est. Datur sueto modo cum Mucilaginosis ut: Decocto radic. Althaeae, Mucilag. G. Arabici, Mimosae, Decoct. radic. Salep etc. Optandum est, ut hoc remedium saepius in usum vocetur contra choleram, quam hucusque factum est. Iungi potest cum excitantibus, antispasmodicis, nervinis. Sunt qui Ammonium muriaticum cum infuso radicis Ipecacuanhae valdopere laudant.

Amylum

cum Aquae sufficiente copia ad ptisanae consistentiam coctum, cui Acidum sulphuricum dilutum addi potest, potum praeberet cholericos

valdopere recreantem. Haec est formula quam
VOGLER ad decoctum album laudat:

33.

Rp. Amyli unciam s. unciam dimidiam
Affunde sensim sensimque saepius agi-
tando Aquae frigidae uncias quatuor
ad perfectam Amyli et aquae coniun-
ctionem, tunc addantur
Aquae fervidae libr. una cum dimidia
s. librae duae
Coquantur. Colaturaе adde
Acidi sulphurici diluti drachmam dimi-
diam sive drachmam.

Dosis vasculatim.

Loco Amyli Arrow Root coquere potes.

Aqua picea

ab iis in primis medicis ad choleraм sanan-
dam laudata est, qui naturam huius morbi in
mephite ти intestinalis quaerendam censem
Hoc modo Aqua picea parari solet:

34.

Rp. Pieis liquidae libr. duas
Aquaе fontanae libr. octo.
Agitentur valide bacillo ligneo, et post
biduum vel triduum despuma et aquam
decanta.

Dosis uncia ter vel quater die.

Cum Lactis ana part. aequal. maritari
potest.

Aqua Amygdalarum amararum.

Aquam Amygdalarum amararum plures propinrarunt medici ad vomitus cholericos sistendos. Remedium autem propter vim narcoticam et saepius toxicam anceps et periculosum. Cave igitur, ne plures cholericos usu huius remedii neces, quam impetus huius morbi necat. Guttatim (X—XX. in quovis vehiculo) datur. KAMIENSKY, medicus Rigensis, acidum hydrocyanicum minima dosi datum laudat contra easdem affectiones. Nihil aliud addimus quam: Cave.

GEBEL, medicus Lignitzensis, hanc formulam commendat:

35.

Rp. Mucilaginis Gummi mimosae unciam
Aquaer florum Naphae uncias sex
Aquaer amygdalarum amararum
Liquoris Ammonii anisati ana unciam
dimidiam.

D. S. Probe misce, sume omni hora cochleare magnum.

NB. Liquoris ammonii anisati dosis nobis
maior esse videtur, sufficit drachma.

Aqua Cinnamomi simplex et vinosa,
uti Aqua Foeniculi vehiculis inser-
viunt Opii, Spirituosorum, alio-
rumque remediorum.

Aqua fontana frigida.

(Confer praefationem.)

Aqua glacialis.

(Confer praefationem.)

Aqua Laurocerasi.

Plures medici Rigenses aqua Laurocerasi contra paralysin nervi pneumogastrici una cum aliis cholera epidemiae symptomatibus ortam usos se esse narrant. Propinaverunt cochlear parvum huius aquae omni quidem hora; non nunquam cum hac liquoris c. c. succinati partes aequales iuxerunt. Dosis erat huius mixturae cochlear parvum.

Varsoviae haud raro in usum vocata est haec formula:

36.

Rp. Aquae Laurocerasi drachmam unam
usque duas

Decocti radicis Salep uncias octo.

D. S. Omni bihorio sumatur cochleare
magnum.

WENDT, medicus Vratislaviensis celeberrimus post venaectionem large et audacter in initio huius morbi institutam aquam Laurocerasi iungere suadet Sali ammoniaeo in Decocti radie. Althaeae s. Salep. soluto.

Aquae Melissae, Menthae crispae et piperitae. (Vid. Herba Melissae et Menthae).

Aqua oxymuriatica. (Vid. Acidum muriat. oxygenatum).

Aqua Sambuci. (Vid. Flores Sambuci).

Argilla pura.

Argillam puram, SIMERLING, medicus Pomeranus, laudat, hac formula datam:

37.

Rp. Argillae purae scrupulum
Opii puri granum unum
Nucis moschatae
Gummi Arabici ana scrupulum dimidium.

M. f. pulvis. Dentur tales doses sex usque duodecim in charta cerata. S. Omni hora sumat aegrotus pulverem, dein bibat aquam, s. infusum herbae aromaticae eiusdam.

Baccae Vaccinii Myrtilli.

Medici Rigenses laudant baccharum Myrtilli potum qui valdopere prodest et ad diarrhoeam sistendam et ad sitim extinguendam. Sic parari potest potus baccharum Myrtilli vasculatim propinandus.

38.

Rp. Baccharum Myrtilli siecatarum unciam
unam cum dimidia
Gummi Arabici unciam.

Infunde:

Aqua fervidae libras duas
Ebulliant paulisper, addi potest
Sacchari albi quant. placet.

NB. Prodesse potest Cornu Cervi s. cor-
ticeis Cinnamomi s. q. addere sub finem
coctionis.

Balsamum vitae Hoffmanni. S. Mix- tura oleoso-balsamica.

Mixtura multis pharmacis nervinis et exci-
tantibus composita aut pure aut Tineturae aro-
maticae aut Liquori anodyno maritata gutta-
tim ut prophylacticum contra cholera morbum
laudata est. Sed cave, ne abutaris hac
mixtura; facile enim exaestuat sanguinem.
SCHAEFER, medicus Saxonius, diutius in
exercitu Polonico praxin medicam exercens,
hac formula se saepissime usum esse narrat.

39.

Rp. Tinet. aromaticae unciam
Balsami vitae Hoffmanni drachmam
cum dimidia
Naphth. Aceti scrupulos duos
Olei Calami aromatici guttas duas.

D. S. Semel—ter die guttulae viginti in cya-
tho vini rubri propinentur.

**Bicarbonas Kali c. Aqua. S. Kali
carbonicum acidulum**

contra cholera Rigae epidemie grassantem bonos praestitit usus. **KERKOVIVS**, medicus illius urbis, morbo incipiente laudat hoc remedium.

40.

Rp. Bicarbonici Kal drachmam
solve in

Aqua Menthae crispa unciis sex.

D. S. Propinetur omni media hora vel
omni hora cochlear magnum.

Addi possunt huic solutioni Tineturae Thebaicae guttulae nonnullae.

**Bicarbonas Natri; s. natricus cum
aqua s. Natrum carbonicum aci-
dulum.**

SERTUERNER, medicus, nostra laude superior, hac formula pharmaceutum dare suadet:

41.

Rp. Bicarbon. natri serpulos duos
Aqua fontanae fervidae drachmas sex
Syrupi Cinnamomi drachmas duas.

D. S. Dosis omui hora cochleare magnum.

**Bismuthum nitricum praecipitatum.
S. Magisterium Bismuthi.**

LEO, medicus Varsoviensis, Magisterium Bismuthi primus adhibuit contra cholera

Asiaticam, et non sine bono eventu. Mirum in modum Magisterium Bismuthi, cuius vis antispastica satis nota fuit, tanquam specificum inclaruit contra cholera remedium, diu exoptatissimum! Sed fama, ut saepe factum est in materia medica, fefellit; tantum enim abfuit, ut omnes medici anticholerica huius remedii experti sint vim, ut permulti Magisterio Bismutho omnes denegarent effectus salutiferos. In medio autem veritas esse videtur. Inest Magisterio Bismuthi vis antispastica nonnunquam contra spasmodicam et paralyticam cholerae formiam salutifera; iure meritoque igitur hoc remedium suppellectili adnumeretur anticholericae; eave autem ne, fortiorum remediorum usum negans, nimiam habeas in Magisterii Bismuthi effectus, nullo modo contra cholera specificos, fiduciam. In usu huius remedii interno necesse est frictiones membrorum aut siccas adhibere aut spirituosas easque tepidas.

Formulae ad Magisterii Bismuthi usum internum hae fere sunt.

42.

Rp. Magisterii Bismuthi grana duo usque
quatuor
Sacchari albi grana decem.

Dentur tales doses num. duodecim. S. Sume
superbibendo infusum tenui florum Melissae
pulverem omni bihorio.

43.

Petropoli haec formula in nosocomiis militari bus saepius profuit:

Rp. Magisterii Bismuthi grana duo
Sacchari albi grana octo.

D. S. Omni bihorio pulvis sumendus. Saepius Magisterii dosis augebatur (grana tria), cui pulveris Rhei optimi grana decem, cholericorum linguis albo colore inductis, addebat. Omni trihorio talis ministrari solebat pulvis, ita tamen ut Olei Olivarum cochlear amplum quavis hora sumerent aegroti.

44.

Rp. Magisterii Bismuthi grana duo usque
quatuor
Pulveris radicis Rhei tostae grana tria
— decem
Sacchari albi grana decem.

Dentur tales doses sex. S. Omni trihorio vel quadrihorio pulvis sumatur.

Nonnunquam Magisterium Bismuthi Camphorae aut Opio mixtum medici dederunt. Sic **GOLDBERG**, medicus Polonus et in cholera sananda versatissimus, has laudat formulas:

45.

Rp. Magisterii Bismuthi grana duo
Opii puri quartam grani partem
Sacchari albi drachmam dimidiam

M. f. pulvis. Dentur tales doses sex. S. Absummat aeger omni bihorio pulverem superbibendo infusum herbae Melissae.

Idem Medicus diarrhoea et vomitu cessantibus, praesente tamen magna et sanguinis circulationis et nervorum actionis ut spiri-

tuum vitalium debilitate, non sine usu camphoram dedit cum Magisterio.

46.

Rp. Magisterii Bismuthi grana sex
Camphorae grana duo
Sacchari albi drachmam.

M. f. pulvis. Divide in partes sex aequales.

S. Sume omni bihorio pulverem.

Borax s. Boras natricus cum aqua.

vires habet antispasmodicas, diureticas, et crasis sanguinis fortificantes.

Hac de causa Doeberiner, Chemicus Iennensis celeberrimus, medicos hoc pharmaco contra choleram Asiaticam uti exhortatur hanc addens formulam:

47.

Rp. Boracis Venetae scrupulum usque
drachmam dimidiam.

Dent. tales doses q. l. S. Solvatur talis pulvis infuso herbae Melissae.

NB. Nonnunquam Bicarbonas natri eadem dosi addi potest.

Calcaria chlorinica s. chloretum calcariae s. chloris calcicus.

Iam diu a medico Brugnatelli in usum internum vocata hue illuc contra choleram Asiaticam laudatur, ut remedium prophylacticum. Sed cave. Si autem uti hoc remedio velis, forma trochiscarum utaris.

40

MAGENDIE, medicus et physiologus Lutetiensis, has laudat formulas:

48.

Rp. Calcariae chlorinicae drachmas septem
Elaeosacchari Vanillae drachmas tres
G. Arabici drachmas quinque.

F. l. a. trochisci granorum quindecim usque
octodecim.

49.

DESCHAMPS hanc laudat formulam.

Rp. Calcariae chlorinicae drachmas duas
Sacchari albi uncias octo
Amyli unciam
Gummi Tragacanthae drachmam grana
tria

Fiant trochisci granorum trium.

Calomelas. S. Hydrargyrum mur. mite.

Remedium hoc, a multis ut Panacea celebratum, non solum a medicis Anglicis (quod satis superque constat), sed etiam a multis medicis Rossicis, Polonicis et Germanicis in usum vocatum est contra cholera. Varii medici hoc variis dederunt methodis et dosibus. Mirus est de huius remedii efficacie opinonum dissensus. Genius epidemiae cholericæ hue illue varius huius remedii aut utilitatem aut noxiā statuere videtur. Adde in illis corporibus quae cholerae ortu spontaneo sive cholerae contagio ita afficiuntur, ut cholera in inflammationem abeat sive in conge-

stiones activas, hoc remedium permagnae esse posse utilitatis, e. g. in inflammatione membranae mucosae intestinalis. Doses mediae, parvae, sive permagnae huius remedii porrigendae pendent ab aetate aegroti, a cholerae stadio, eiusque natura. Propinatur Calomelas cum Gummi Arabico, Magnesia, cum Opio; saepius maritari meretur cum Camphora, Moscho, extracto Hyoscyami etc.

Camphora.

Propter miram, quae huic pharmaco inest, vim tum in nervorum vitam augendam, tum in sanguinis erasin corrigendam, omnes fere medici in cholerae pandemiae cura periti valdopere salutiferos eius laudant effectus. Cave ne camphora tunc utaris, cum ab orgasmo sanguinis cerebri, medullae spinalis s. canalis intestinalis detrimentum iure timetur; ne igitur maturius ad usum camphorae confugas; typhus enim et phlebitis ex eius abusu facile oriuntur, qui quidem exitus cholerae semper fere lethiferi sunt. Camphora a multis statim ab initio morbi s. in stadio prodromorum datur; alii hanc adhibent paralysi existente, vomitu igitur et diarrhoea finitis.

Quae ad camphorae usum internum attinet, laudantur formulae aut simplices aut compositae. Propinatur Camphora spiritus vini soluta s. in emulsione oleosa s. simplici, sive ut Oleum Camphorae, s. forma pulveris, sunt qui camphoram forma iulapii porriganter. Alii cum aethereis iunctum ut Naphtham camphoratam hoc remedium celebrant; alii camphoram cum Opio propinant, alii cum oleis aethereis, alii denique

42

cum Aceto vini; sunt qui Oleum Camphorae guttatum propinare suadent.

Spiritus Camphorae simplex guttatum (gutt. sex-viginti) datus cum infuso herbae Menthae, florum Chamomillae etc. a multis laudatur.

Formulae celebratissimae nostris diebus haec sunt.

50.

Rp. Camphorae grana decem
solve in

Aetheris sulphurici drachmis duabus
adde

Olei Menthae piperitae guttas sex usque
decem

D. S. Sumantr decem usque quindecim gut-
tae quavis hora.

51.

Rp. Camphorae grana duodecim
solve in

Aetheris sulphurici drachmis duabus.

D. S. Sumantr omni hora vel bihorio de-
cem usque viginti usque triginta guttae.

LERCHE, Dr., archiater Petropoliensis, hanc laudat formulam, post vomitum, Tartari stibiati ope, excitatum, singulis horae quadrantibus sive omni hora cochleatim sumendam:

52.

Rp. Gummi Arabici drachmam dimidiam
Aquaee flor. Tiliae uncias quatuor

Aquae Cinnamomi unciam dimidiam
 Iulep. e Camphora Pharmacop. Lond.
 drachmas duas usque unciam
 dimidiam
 (Aquae Amygdal. amararum drachmam
 dimidiam)

Noununquam admisicuit:

Liquoris ammon. anisati serupulos duos
 usque drachmam

S.

Liquoris coruu cervi eandem dosin.

Magnam famam naeta est emulsio campho-
 rata D. LEVISEUR, medici publici Borussici.
 Est quidem haec:

53.

Rp. Camphorae tritae
 Extracti Hyoscyami ana grana viginti
 quatuor
 Gummi mimosae unciam dimidiam
 Sacchari albi unciam unam
 Emulsionis Papaverinae uncias sex
 Liquoris Ammonii succinici drachmas
 duas.

D. S. Sume omni hora cochlear magnum.

ROMBERG, medicus Berolinensis, hanc for-
 mulam saepius in usum vocat.

54.

Rp. Aquae fontanae uncias tres
 Camphorae subactae drachmam

Liquoris ammoniaci succinici drachmas
duas

Syrupi communis s. Cinnamomi un-
ciam.

D. S. Sume omni hora cochlear.

DEPPISCH, medicus Orelanus, auctore **WEI-**
GEL, medico apud Dresdanos, hac usus est
compositione ad cholerae epidemiam cito et
tuto sanandam. Caeterum frictiones adhibuit
spirituosas, epispasticas.

55.

Rp. Camphorae

Ammon. mur.

Olei Terebinth.

Olei Petrae

Acidi nitrici ana drachmam.

Piperis Hispanie siliquam unam

Aceti optimi libram dimidiam

Spirit. Frumenti libram unam e. di-
midia.

Digere per XXIV. horas et colla. Detur
cochlear parvum; sensim sensimque dosin ad
duo cochlearia magna augendo.

FISCHER, medicus et ophthalmiater Erfurden-
sis celeberrimus, hanc laudat formulam compo-
sitam quidem sed ut mihi videtur utilissimam.

56.

Rp. Camphorae grana sedecim

Acidi tartarici sieci

Magnes. carbonie. ana grana viginti
quatuor

Radic. Ipecacuanhae granum unum
Meconii Thebaici grana duo.

M. f. pulvis. Divid. in partes octo aequales.
D. ad chartam ceratam. S. Omni hora sumatur pulvis in infuso florum Chamomillae. Ex post propinare iubet singulis horae quadrantiibus cochleatim decoctum capitum Papaveris.
(Vid. Capita Papaveris).

Dct. A TREYDEN, medicus publicus Boruscus, hanc laudat compositionem contra typhum post cholera, adhibitis tamen balneis tepidis, et infusionibus frigidis.

57.

Rp. Ammon. carbon.
Camphorae ana grana duo
Sacchari albi serupulum dimidium

M. f. pulvis. Dent. tales doses sex. S. Omni hora s. omni bihorio sumatur pulvis, cui additentur Olei Roris marini gutt. sex.

ROMBERG, medicus Berolinensis celeberrimus, camphora uti suadet vomitu et alvi fluxu finitis; camphoram praescribit cum Mucilagine G. Arabici.

KURTZWIG, medicus Rigensis, huius pulveris laudat usum, frictionibus tamen extrematum haud neglectis.

58.

Rp. Pulv. Gummi Arabici unciam
Pulv. cort. aurant.
Sacchari albi ana drachmas duas

Camphorae tritae grana decem
Opii puri grana quinque.

D. S. Cochleatim omni bihorio cum infuso radicis Valerianaee sive florum Sambuci propinetur.

Sunt qui acetum camphorae prae caeteris adhibent.

59.

Rp. Camphorae drachmam dimidiam
Teratur in mortario lapideo adde
Spirit. vini gutt. decem
Sacchari albi unciam
Diu simul tritis misce
Aceti vini uncias quinque.
Detur cochleare omni trihorio.

Capita Papaveris.

FISCHER, medicus et ophthalmiater Erfur-
densis, post pulveres camphorato - aërophoros
(vid. Camphora) huius decocti cochlearia duo
singulis horae quadrantibus propinare suadet.

60.

Rp. Capit. Papaveris sine seminibus un-
cias tres
Sem. Lini unciam unam
Herb. Menth. piperit. unciam dimidiam
Sive
Sem. Anisi s. Foeniculi drachmas duas
Coque cum Aquae font. s. quantit. ad col-
turam unciarum decem.

Carbo praeparatus.

Pulvis carbonis praeparati, cuius vis anti-septica notissima est, et quae in colluvie putrida primarum viarum et in febre bilioso-putrida magno usu esse fertur, Berolini pluries optimo cum effectu contra choleram Asiaticam ministratus est. Cochleatim datur.

Cortex Cascarillae.

Propter vires tonicas et stomachicas merito laudatur in apotherapia cholerae Asiaticae. Datur aut huius corticis decoctum, aut extracti huius corticis in aqua aromatica quadam solutio, cui Nervina addi possunt et saepissime adduntur.

Laudatur haec formula:

61.

Rp. Radicis Columbo

Corticis Cascarillae ana drachmas duas
usque unciam dimidiam

coque cum

Aqua fontanae quant. suff. ad colatum
ram unciarum sex

adde

Tinet. Rhei aquosae unciam dimidiam
usque unciam

Tinet. Opii simplicis guttas viginti.

D. S. Omni hora usque trihorio cochleatim
propinetur.

Castoreum.

Vis analeptica huius remedii et antispasmodica multum et saepe profuit contra choleram aut spasmodicam aut paralyticam. Etsi pharmacum palliativum Castoreum est, satis laudari tamen nequit, quia, cerebrum, medullam et nervos valdopere excitans, nullo modo toxicos et soporiferos exserit effectus. Hinc factum est, ut ubique locorum, quo cholera penetravit, uam eandemque omnium medicorum sibi comparaverit hoc pharmacum laudem.

Castoreum aut forma pulveris, aut forma tineturae propinatur. Non raro Castoreo Opium iungitur, nonnunquam Moschus, saepius Liquor C. C. succinatus.

62.

Rp. Tineturae Opii crocatae
Liquoris Cornu Cervi succinati
Tineturae Castorei ana drachmam.

D. S. Sume decem usque viginti guttas, bibendo infusum herbae Melissae, cui cochlear parvum Magnesiae carbonicae additur.

63.

CAMILLO, medicus qui nosocomio militari Varsoviae praefuit, mixturam hanc, diu secretam publici fecit iuris.

Rp. Aquae flor. Sambuc. s. Chamomillae uncias sex
Tineturae Castorei
Tineturae Asae foetidae

Aetheris sulphuris ana drachmam di-
midiam

Syrupi simplicis q. s. ad gratum sa-
porem.

D. S. Omni bihorio propinetur cochleare
magnum.

Cerasi nigri.

Potus Cerasorum nigrorum valdopere pro-
fuit, ut medici Rigenses narrant, ad sitim
exstinguendam et ad diarrhoeam sistendam. Ita
parari potest potus Cerasorum:

64.

Rp. Cerasorum nigrorum siccatorum unciam
unam

Hordei perlati drachmas sex
Contusis infunde
Aquaee fervidae libras tres — quatuor
Ebulliant paulisper, deinde adde
Syrupi vel Sacchari q. placet.

D. S. Vasculatim detur hic potus.

(Confer. Baceas Myrtilli.)

China. S. Cortex Peruvianus.

Hic cortex tonicus, in febribus intermit-
tibus, in vera virium vitalium prostratione, et
quae hanc sequi solet, in humorum decompo-
sitione remedium iure celebratissimum a plu-
ribus medicis, qui indolem cholerae morbi
intermittentem suspicantur, ad prophylaxin uti
ad ipsam curam laudatum nihil hucusque pro-
fuit. Infitiari autem non potest, in morbis

cholerae secundariis illam saepissime subsequentibus iisque et nervosis et dyscroticis corticem Peruvianum prodesse posse. Suetis dosibus et notis formulis propinari solet. Nonnunquam extractum huius corticis frigide paratum et aqua quadam aromatica solutum praeferri debet decocto Chinae.

Chininum sulphuricum.

BRUTZER, medicus Rigensis, primus forsitan ideam concepit, choleram Asiaticam magnam habere similitudinem cum febre intermittente maligna. Dedit hac opinione fretus Chinini sulphurici grana duo — quatuor, et hanc dosin omni bihorio repeti curavit; commodum omni dubitatione carens inde ortum non est, ut narrant medici Rigenses; Chininum alias locorum Cholericis porrectum nihil praestitit, auctore **SACHS**, medico et Professore Koenigsbergensi celeberrimo, viro ingenii acumine clarissimo. Fae, Chininum sulphuricum et alia salia Chinini remedia anticholerica non esse, prosunt tamen in cura morborum nervosorum et febrilium cholerae subsequentium.

Fuerunt qui ad prophylaxin Chininum darent; hos neque laudare animus est, neque reprehendere.

DE GRAEFE, medicus et chirurgus Berolinensis celeberrimus, ad prophylaxin his uti iubet pilulis.

65.

Rp. Chinini sulphurici drachmam
Olei Cajeput serupulum

Succi Liquiritiae q. s. ut f. massa pilularum, ex qua formentur pilulae sexaginta. D. S. Sumantur pilulae duae usque sex quovis die et quidem mane superbibendo eyathum parvum Vini de Madera.

NB. Praeterea emplastrum Chinini (vide partem secundam huius Pharmacopoeae) regioni epigastricae applicare iubet et sacculum pulv. cort. Peruviano plenum.

Cinnamomum acutum (Cortex).

Propter vires analepticas, stomachicas et adstringentes corticis Cinnamomi infusum, seu aqua Cinnamomi simplex et vinosa, sive pulvis ut aroma et corrigens multa intrat remedia, praecipue Mucilaginosa, ut Decoct. Salep, Amyli, Hordei et caetera; saepissime aqua Cinnamomi ut vehiculum adhibetur Bicarbon. Kali, Natri, Tinct. opii, Aetheris acetici, sulphurici et caeterorum.

Infusi corticis Cinnamomi et Lactis vaccinis. Vini rubri partes aequales potum praebent cholericis prae multis utilem. Cortex remedium esse videtur contra choleram Asiaticam vere antemeticum.

Conchae praeparatae

propter vim antacidam et absorbentem contra cholerae saepissime adhibentur. Cochlearis parvi pars dimidia aquae fontanae s. iufusi aromatici sufficiente quantitate diluti porrigi solet; cum succo Citri rec. expresso pulverem format aërophorum.

Cornu cervi.

Cornu cervi vim nutrientem, restaurantem, involventem et demulecentem gelatinæ forma et potus in cholerae Asiaticæ decursu satis superque probavit. Hæ laudantur formulae simplices et compositæ:

66.

Rp. **Cornu cervi** raspati
 Micae Panis albissimi ana uncias tres
 usque quatuor
Coque in
 Aquæ font. libr. tribus usque ad duas
 Sub finem coct. adde
 Corticis Cinnamomi drachmam unam
 Post refrigerationem adde
 Succi Citri recenter expressi s.
 Sacchari albi q. s. ad gratum saporem.

D. S. Propinetur vasculatim.

67.

Rp. **Cornu cervi** raspati uncias duas
Coque eum
 Aquæ fontanae mensuris duabus.
 Donec c. c. solutum sit praeter aliquot scorias reiiciendas.

68.

Rp. Micae panis albi uncias quatuor
 Cornu cervi ad albed. calcinat. unciam
 Cinnamomi pulv. scrupulum dimid.
Coque eum
 Aquæ simpl. libr. quinque ad quatuor

Colatura adde

Sacchari albi uncias duas

D. S. Potus gelatinosus. Vasculatim.

69.

Rp. Rasurae cornu cervi

G. mimosae

Miae panis albi similigeni ana unciam

Coque cum

Aqua fontanae s. q.

Colatura libr. duarum adde

Syrupi Rub. Idaei uncias duas.

D. S. Vasculatim.

LERCHE, Archiater Petropolitanus, decocto
albi Sydenhami unciis sex, Elix. acid. Halleri
scrupulos duos nonnunquam admiscuit.

**Elixirium acidum Halleri. S. Mix-
tura sulphurico-acida.**

Spiritus vini rectificatissimi et acidi sul-
phurici concremati depurati partibus aequalibus
constans remedium optimos praestitit usus
contra choleram Asiaticam. Sunt medici qui
se hoc remedio solo morbum illum sanasse
narrant. Quidquid est, negari nequit, iure
meritoque **Elixirium acidum laudari tanquam**
potum restaurantem et sanantem in omnibus
**fere cholerae morbi stadiis, imprimis potatori-
bus cholera affectis illum esse gratissimum.**

70.

Rp. Elixirii acidi Halleri drachmas duas
 Syrupi Rubi Idaeui uncias duas
 Decocti hordei libram unam.

D. S. Sume omni media hora cochlear magnum, sive vasculatum detur pro potu ordinario.

71.

Rp. Elixir. acidi Halleri drachmam
 Infus. radic. Valerianae ex drachmis
 tribus parati s.

Aquae Melissae uncias quatuor aut sex.

D. S. Cochleatim omni hora.

HARLESS, Professor Bonnensis, Elixirium acidum ita suadet iungere aut Tinctoriae Thebaicae aut Aquae Laurocerasi.

72.

Rp. Elix. acid. Halleri drachmam unam
 usque duas

(S. Elix. vitr. Mysichti drachmas
 duas — tres)

Tinct. Opii erucatae guttas viginti
 usque triginta

Syrupi Papaveris unciam unam s. unam
 e. dimidia.

D. S. Instillentur guttae viginti usque triginta cyatho decocti radic. Althaeae s. decocti Malthi.

73.

Rp. Elix. acid. Halleri drachmam unam
 usque duas

Aqua Laurocerasi cohabatae drachmas
duas

Syrupi Diacodii unciam unam s. unam
c. dimidia.

D. S. Guttatim ut supra.

Elixirium Vitrioli Mynsichti. S. Tin- ctura aromatica acida

ex tinctoria aromatica et Acidio sulphurico con-
centrato constans Decocti mucilaginosi suffi-
cienti copiae admixta in reconvalescentia a cho-
lera morbo in primis tunc maximo est usu, si
diarrhoea sine gastrismo supervenit. Laudant
Tincturae aromatico - acidae drachmam eum
Decocto Salep unciis octo cochleatim porri-
gendum.

Extractum Belladonnae.

(Vid. Radix. Belladonnae.)

Extractum Chinali fuscae.

(Vid. Chininum sulphur. et Cortex Chinali.)

Extractum Columbo.

(Vid. Cortex Columbo.)

Extractum Hyoscyami.

Sunt qui extractum Hyoscyami cum Cam-
phora (vid. Camphoram) sive cum floribus
Zinci laudant. (Zincum oxydulum album.)

Extractum Lactucae virosae

a nonnullis medicis extracto Nucis vomicae substitutum peculiarem vim contra cholera[m] morbum non habere videtur. Si autem hoc extractum floribus Zinci admisces sive Magisterio Bismuthi, remedium spasmodicum habes saepius contra dyspnoeam et pectoris angorem salutiferum.

Extractum Nucis vomicae aquosum et spirituosum.

Plures medici Moscovitenses non sine bono eventu hoc remedium contra cholera[m] Asiaticam in usum vocarunt, tum ad vomitum et diarrhoeam leniendam, tum ad paralysin nervi vagi et medullae oblongatae affectiones aut prohibendas aut curandas. Multum hoc remedium saepius praestitit; non potest igitur non suppelletili anticholericae adnumerari, cum non raro salutiferas ostenderit vires (e. g. auctore D. ab GUMBERT, medico apud Posenses celeberrimo) ad diarrhoeas coercendas serosas valdopere periculosas. Ut alium addam huius remedii laudatorem, BAERENS, medicus vere Hippocraticus Rigen[s]is, saepius usus est extracto Nucis vomicae spirituoso dosi quarta aut dimidia grani parte; nonnunquam granum adhibuit semper fere optimo cum fructu contra hyperemesin, diarrhoeam, singultum, et virium collapsu[m].

HUFELAND has laudat formulas antidysentericas, forsitan et anticholericas, et hanc ob causam haud spernuendas.

74.

Rp. Extr. Nucis vomicae aquosi grana decem
 Gummi Mimosae drachmas duas
 Emuls. Amygdal. dulc. uncias quatuor
 Syrupi opati drachmas duas.

D. S. Omni bihorio cochlear.

75.

Rp. Extr. Nucis vomicae aquosi serupulum dimidium
 Mucil. Gummi Mimosae unciam
 Aquae font. uncias sex
 Syrupi Alth. s. emulsivi unciam.

D. S. Omni bihorio cochlearia duo.

Si extracto Nucis vomicae spirituoso uteris, minores adhibeas necesse est ab initio doses.

Medicus Hungaricus hanc laudat formulam contra diarrhoeam serosam, choleram Asiaticam comitantem.

76.

Rp. Extr. Nucis vomicae spirituosi grana duo
 Pulv. Doveri grana duodecim
 Pulv. gummosi scrupulum.

M. f. pulvis. Divid. in partes sex aequales.
 S. Omni bihorio pulvis detur.

Medici Rigenses maritarunt extractum Nucis vomicae nonnunquam cum Magisterio Bismuthi, Magnesia, pulvere Radic. Salep.

Extractum Rhei.

(Vid. Radix Rhei.)

Fabae Coffeae.

Infusum fabarum Coffeae lege artis tostorum habet optimum, fere specificum, effectum contra vomiturations et vomitum cholericum. Sunt medici qui Tineturam Coffeae valdopere laudant eundem in usum.

Ferrum sulphuricum. S. Vitriolum Martis factitium.

AUTENRIETH, filius, medicus Tubingensis, qui Ferri sulphurici usum in cholerae sporadicae cura, spasmis musculorum supervenientibus et algore extremitates occupante laudat, hoc pharmacum practico medicorum commendat examini. Haec est eius formula:

77.

Rp. Vitrioli Martis factitii grana sex usque octo

Laudani liquidi guttas duodecim usque quindecim

Elixirii acidi Halleri drachmam dimidiam

Aquae fontan. destillatae uncias septem.

D. S. Sume cochlear pro dosi.

Berolini, ut Dominus a STOSCH et BOEHR narrant, non sine fructu Tinctura Ferri acetici saepius in usum vocata est contra

choleram. Typhus autem, morbus cholerae
saepissime proh dolor subsequens, post huius
remedii usum nonnunquam observatus est.
Datur haec tintura dosi guttularum viginti
vel triginta omni bihorio aut trihorio.

Flores arnicae.

(Vid. Radix Arnicae.)

Flores Chamomillae Romanae et vulgaris.

Infusum florum Chamomillae tepide aut fer-
vide vasculatim haustum valdopere prodest ad
spasmos aut mitigandos aut finiendos, ad su-
dores salutiferos provocandos et caetera.

Flores Sambuci.

(Idem valet de his floribus.)

Flores Verbasci.

(Idem de his.)

Fructus Tamarindorum.

Fructuum Tamarindorum Decoctum TISSOT
valdopere laudat contra cholerae sporadicam
periculosam, cholerae Asiaticae haud absimi-
lem. Post balneum fervidum hoc propinare suadet :

78.

Rp. Tamarindorum uncias tres

Coque cum

Aquae fontanae libra.

Ebulliat per momenta, deinde cola per chartam et septies vel octies bibendo consume potum.

Gas Acidi carbonici.

(Vid. Acidum carbonicum.)

Gummi Arabicum, Mimosae, Tragacanthae.

Iure meritoque mucilagini horum remediorum pure et cochleatim **DYRSEN**, medicus Rigenensis celeberrimus, propinat; nonnunquam pulveris **Gummi Arabicum** drachmam pro dosi et sine aqua dedit. Apud nos Mucilaginibus **G. Arabicum**, **Mimosae**, **Tragacanthae** adduntur: Tinctura Thebaica simplex et crocata, **Potio Riverii**, **Tinct. aromatica** et alia remedia.

79.

Rp. **Gummi Mimosae** uncias quatuor
Radic. Alth. uncias duas
Sem. Anisi stellati drachmas duas.

Potus ex his speciebus paratus vasculatim detur. Praeter salutiferam in tubum intestinalem vim, lenit dysuriam, stranguriam et ischemuriam cholericorum.

Herba Absinthii.

Infusum huius herbae laudatur a multis ab initio cholerae pandemiae ad sudores excitandos. Adstillari potest huic infuso Ammonium aceticum liquidum, Liquor. c. c. succinatus etc.

Herba Althaeae.

(Vid. Radix Althaeae.)

Herba Arnicae.

(Vid. Radix Arnicae.)

Herba Belladonnae.

(Vid. Radix Belladonnae.)

Herba Chenopodii ambrosioidis.

Infusum huius herbae nervinae et refo-
cillantis iure laudatur in primo stadio cho-
lerae Asiaticae. Propinatur tepide, saepius
fervide, vasculatim. Addi potest Liquor
Ammon. acetici s. c. e. succinati. (Vid. Oleum
Chenopodii.)

Herba Digitalis purpureae.

Herba Digitalis purpureae in morbis chole-
ram subsequentibus hydropicis et subinflam-
matoriis in usum vocare meretur sueta dosi
et sueto modo. Hanc herbam Camphorae ma-
ritatam nonnunquam prodesse posse putaverim
in primis contra dyspnoeam paralyticam, pe-
ctoris angorem etc. Iam antiquissimis tem-
poribus herba Digitalis purpureae a medicis
contra choleram adhibitam fuisse narratur.
(Confer. Oleum menth. pip. aethereum.)

Herba Diosmae crenatae.

Herba s. folia Diosmae crenatae s. Buchu,
Bucco (conf. RICHARD. med. Botanik von

KUNZE, Berlin, 1826. p. 1227.) propter vim suam diureticam et apud nostrates haud ignotam (De Diosma crenata auct. H. A. MOECKEL diss. inauguralis. Lipsiae, 1830.) a medicis nonnullis Rigensibus contra choleram Asiaticam in usum vocata est. Est opinionum medicarum de Diosmae crenatae efficacitate dissensus; negari tamen nequit salutiferam quandam ei inesse vim, quam excitantem et antispasmodicam nominare possis. Augetur post usum infusi herbae Diosmae nonnunquam diarrhoea; idem valet de vomitu. Hoc quod effectus primarios attinet huius herbae; quoad secundarios, negari nequit, pulsus hoc accelerari, circulationem sanguinis excitari, et inde functiones vasorum capillarium prostratas restituiri et lentes accelerari, unde sudores animadvertis largos et urinam auctam. Ita propinari solet Diosma quam neque spernas, neque nimium laudes.

80.

Rp. Herbae Diosmae crenatae unciam dimidiam usque unciam

Infunde Aquae fervidae s. q.; stent in digestione per horam

Colatura unciarum quatuor s. octo.

S. Omni hora cochleatim sumat aeger.

Herba Mari veri.

Huius herbae nervinae et excitantis nonnulli medici laudarunt infusum tepidum vasculatim et saepius cholericis ministrandum. Prodest ad sudores excitandos.

Herba Melissae.

Infusum huius herbae aromaticae in stadio prodromorum cholerae propinari solet ad sudorem provocandos. Sunt qui talis infusum cyatho cuivis Tinctoriae Thebaicae guttulas nonnullas adstillant.

Herba Menthae crispa.

(Idem valet de *Mentha crispa*.)

Has laudant multi species :

81.

Rp. Herbae *Menthae crispa*
Florum Sambuci ana unciam.

C. D. S. Species ad infusum tepide s.
fervide vasculatim hauriendum.

Herba *Menthae piperitae*.

(Idem valet.)

82.

Rp. Herbae *Menthae piperitae* s. *crispae*
uncias duas
Siliquam Vanillae dimidiam.

C. D. S. Species ad theam.

Herba Serpylli.

Infusum ex herba hac aromaticae parari solet pro potu excitante nervino, diaphoretico, vasculatim propinando.

Herba Stramonii.

Prae caeteris narcoticis, si Opium exsumis, medicorum attentio in usum huius herbae anodynæ et narcoticae dirigenda mihi esse videatur. Magnum enim habet vim Datura Stramonium in nervi vagi vitam (in primis si illam cum Opio maritas), ut videre licet ex magna huius plantae utilitate contra asthma a nervo vago oriri solitum. Detur, si dare iuvat, dosi sueta sed rara; in usum vocandum puto Tineturam sem. Daturae Stramonii cum Tineturam Thebaica partibus aequalibus iunctam. Sufficient guttae decem — quindecim.

Herba Theae boheae et viridis.

Infusum Theae boheae s. viridis vasculatim propinatum cholericis gratus et utilis est potus. Ad misceri potest Vinum rubrum, s. Lac vaccinum. Medici Rigenses laudant Infusum Theae boheae cum Vino rubro. Vomitum lenit et diarrhoeam.

Herba et flores Verbasci.

Infusum herbae et florum Verbasci iure laudatur statim ab initio cholerae epidemiae pro potu salutifero. Vasculatim dari solet.

Hordeum praeparatum.

Hordeum praeparatum iis, qui a cholera revalescunt et debilitate valdopere laborant, maximo usu est. Huius amyli coquere unum aut duo, duobus Lactis recentis libris indita,

calore moderato carbonum cudentium sub perpetua agitatione in puliculam ita mutantur, ut massa non ebulliat. Eam aegrotus refrigeratam saepius die sumat.

Hydrargyrum muriaticum mite.

(Vid. Calomel.)

Julep e Camphora.

(Vid. Camphora.)

Kali carbonicum acidulum.

(Vid. Bicarbonas kalieus.)

Kali sulphuricum.

Permagna est, ut constat, vis huius salis in sanguinis erasin mutandam. De medico eius usu autem contra cholera pandemiam nihil aliud hucusque audivi quam formulam pharmaceutae cuiusdam qui **LANGE** vocatur. **BARCHEWITZ**, medicus Borussicus, formulam in libello suo de cholera Asiatica laudans nihil addit de eius effectu aut usu.

83.

Rp. Opii puri grana tria	
Pulv. Radic. Ipecacuanhae grana sex	
Kali sulphurici	
Elaeosacchari foeniculi ana scrupulos	
duos.	

M. exacte. Divid. in partes quatuor aequales. S. Omni bihorio pulvis detur.

Lac vaccinum

recenter emuletum saepissime profuit vasculatim propinatum contra vomitus cholericos. Rigae et Petersburgi Lac vaccinum dederunt alternatim cum Natri muriatice solutione. Pro potu ordinario cholericorum iure laudatur. Miscere potes infusi Cort. Cinnamomi partes aequales cum partibus aequalibus Lactis vaccini, ut sitim extinguis eorum qui cholera exquisita laborant.

Lapides Cancrorum praeparati.

(Vid. Magnesia nam eodem modo adhiberi solet.)

Laudanum liquidum Sydenhami.

(Vide Opium.)

Lichen Islandicus.

Gelatina Lichenis Islandici in stadio reconvalescentiae adhiberi meretur.

Liquor Ammonii acetici. S. Spiritus Mindereri.

Liquor Ammonii acetici, dilutio Ammonii subcarbonici Aceto concentrato saturati, remedium incidens, diaphoreticum, resolvens, in primis tune in usum vocandus est, cum choleram incipientem sudoribus statim provocandis sanare spes est. Additur Liquor Ammonii acetici cochleatim infuso florum Sambuci s.

herbae Melissae, Menthæ piperitæ etc. vasculatim bibendo. Miscuerunt saepissime et optimo quidem eventu medici Rigenses Liquorem Ammonii acetici cum Liquore Ammonii succinici, Tinetur Opii, Tinetur Moschi, Castorei, Aqua Laurocerasi.

84.

Rp. Liquor. Ammonii succinici unciam dimidiām

Liquor. Ammonii acetici unciam unam.

D. S. Omni hora guttae sexaginta in infuso florum Sambuci dentur.

Liquor Ammonii anisatus. S. Spiritus Salis ammoniaci anisatus.

Liquor Ammonii anisatus qui Liquore Ammonii caustici et Spiritu vini rectificatissimo, in quo Oleum Anisi aethereum solutum fuerit, constat, saepius profuit contra lipothymiam, vomitum, virium suppressionem et alia cholerae symptomata ab initio morbi aegrotum exerciantia. Guttatim (guttae decem — triginta infuso Sambuci s. Menthæ dilutæ) omni hora seu bihorio porrigitur hoc medicamentum. BRUTZER, medicus Rigensis, in primis apud senes, qui cholera affecti erant, in usum vocavit Liquorem Ammonii anisatum, tunc vero etiam apud illos, quorum pulmones suspectos habuit.

Liquor Ammonii caustici. S. Spiritus Salis ammoniaci causticus.

Hic liquor eximie excitans et antacidus saepius ab illis medicis contra cholerae morbi

impetum et vim in usum vocatus est, qui huius morbi genesin beneficio comparant, et aptis antidotis statim ministratis morbum sanari posse putant. **PITSCHAFT** et **WENDT** hanc habuerunt opinionem eum multis aliis Germaniae, Poloniae et Russiae medicis.

REMER filius, medicus Vratislaviensis, salutiferam huius remedii vim Varsoviae expertus est.

PULST, medicus Vratislaviensis, qui epidemiam cholericam in Polonia, ut medicum debet, diligentia et non sine magno iudicio observavit, hanc laudat formulam, cuius usu statim ab initio morbi, gravissima symptomata, ut: spasmos, vomitum, diarrhoeam, pectoris angorem, diminui vidit, frictionibus siccis sed continuis haud neglectis, et vena incisa.

85.

- Rp. Liquoris Ammonii caustici drachmam
Decoct. sem. Lini integri uncias sex.
D. S. Omni media hora cochlear magnum
propinetur.

ANNEGRAY, medicus Anglieus, et de cholera Asiatica auctor celebratissimus, hanc saepius in usum vocavit mixturam apud nos non laudabilem.

86.

- Rp. Mixturae camphoratae (vid. Camphora)
unciam unam e. dimidia.
Spiritus Salis ammon. caustici guttas
triginta et quinque
Spirit. aeth. vitr. drachmas duas.
D. S. Omni hora cochlear parvum detur.

**Liquor Ammonii succinici. S. Cornu
Cervi succinatus.**

Liquor Ammonii succinici vires, quas habet, nervinas, antispasmodicas et diaphoreticas et contra cholera[m] exhibuit. Saepissime hucusque propinatus est hie liquor ab initio morbi, in primis, si paralysia minitabatur nervi pneumogastrici. Guttae decem usque viginti infusis herbarum diaphoreticarum et nervinarum ad stillari solent; adduntur saepius huic pharmaco Tinctoria Opii, Liquor anodyn. min. Hoffmanni, Aqua Laurocerasi; plures medici potionem Riverii laudant eum Liquore Ammonii succinici. Rigae nonnunquam optimo cum fructu factum est, ut liquorem omni hora cochleatim dederint. (Kaffeelöffelweise.)

87.

Rp. Liquoris Cornu Cervi succinati unciam dimidiam

Liquoris Ammon. acet. unciam unam.

D. S. Omni hora propina cochlear parvum bibendo dimidium infusi florum Sambuci seu herbae Melissae eyathum.

*
Liquor Ammonii vinosus. S. Spiritus Salis ammoniaci vinosus.

Liquor Ammonii vinosus, qui Spiritus vini rectificatissimi partibus duabus et Liquoris Ammonii caustici parte una constat, et vim habet incitantem et, modo diaphoreticam modo diureticam. PITSCHAFT, medicus Badensis, interiorum literarum gnarissimus, ut prophylacticum laudat vespere guttatum (guttae X.)

70

eyatho infuso florū Chamomillae additum.
Alii pro potu ordinario laudarunt aqua dilutum in cholerae cura.

88.

Rp. Liquor. Amm. vinosi drachmas duas
Aqua fontanae libram
Syrup. Rub. Idaei uncias duas.
D. S. Vasculatim propinetur.

HARLESS, Professor Bonnensis, Camphoram huie remedio addit.

89.

Rp. Liquor. Ammon. vinosi drachmas duas
Aetheris acetici drachmas duas et di-
midiam
Camphorae serupulum.
D. S. Omni hora guttas quindecim usque
triginta in Decocti mucilaginosi cuiusdam cya-
tho porrigantur.

Liquor anodynus mineralis Hoff-
manni. S. Spiritus sulphurico-
aethereus

propter vires nervinas analepticas et anti-
spasmodicas saepissime in cholerae Asiaticae
cura a medicis adhibetur, modo satis cognito
et dosi sueta. Maritatur non raro cum Tin-
ctura Opii simplici, Liquore Ammonii succi-
nici, Camphora, Tinet. Moschi, Castorei etc.

Lycopodium.

(Vid. Semen Lycopodii.)

Magisterium Bismuthi.

(Vid. Bismuthum nitricum praecipitatum.)

Magnesia carbonica et usta.

Remedia absorbentia et antacida optimos praestiterunt usus medicis Rigensibus in cholerae pandemiae cura. Cochleatim dederunt (Kaffeelöffelweise) aquae tepidae s. infusis herbarum Melissae, Menthae etc. mixtam. Nonnunquam Tincturae Thebaicae s. Laudani liquidi octo s. decem adstillarunt guttulas cochleari parvo Magnesiae pleno; saepissime Magnesiae carbonicae cochleari parvo quindecim guttas addiderunt ab initio cholerae et optimo quidem cum fructu.

90.

Rp. Tinet. Opii crocatae
 Liquor. C. C. succinati
 Tinet. Castorei ana partes aequales.

HERTZ, medicus Koenigsbergensis, ita laudat Magnesiam propinandam:

91.

Rp. Magnesiae ustae purissimae serupulos duos
 Syrupi Rhei
 Aquae foeniculi ana uneiam dimidiam.
 D. S. Propinetur omni media hora magnum cochlear.

Magnesiam ustam SIMERLING, medicus Pomeranus, hac formula commendat:

Rp. Tincturae Rhei aquosae
 Aquae Menthae piperitae ana uncias duas
 Tincturae Opii erucatae drachmam di-
 midiam usque drachmam unam
 Spiritus sulphuris aetherici drachmas
 duas
 Magnesiae ustae drachmas tres.

D. S. Bene misce; administra cochlear
 parvum omni hora.

Malthum Hordei

inservit decocto Malthi ita praeparando:

Rp. Malthi Hordei molendino fracti vel
 contusi uncias quatuor
 Aquae libras quatuor.

Coquantur ad colaturam librarum trium. Va-
 sculatim saepius per diem sumendum. Addi
 potest Acidum sulphuricum dilutum s. Elixirium
 acidum Halleri.

Mixtura oleoso - balsamica.

(Vid. Balsamum vitae Hoffmanni.)

Morphium aceticum

medieci nonnulli Opio substituerunt. Dede-
 runt Morphium aceticum Spiritu vini rectifi-
 catissimo solutum (Granum unum — tria
 in drachma. Dosis guttae quatuor usque octo),
 aut pulverisatum cum Saccharo propinari eu-

rarunt. Incepias dosi parva, ne narcosi, facili huius remedii sequela, Cholericus afficiatur. Caeterum hic valent quae de Opii efficacitate salutifera contra cholerae dicta sunt.

Moschus.

Moschus Tunquinensis cuius vis nervina, incitans, antispastica, sopiens, diaphoretica notissima est, et totum corpus facile et cito perfundit, valdopere a permultis medicis contra primos cholerae impetus spasmodicos et paralyticos sicuti contra typhosas huius morbi sequelas iure meritoque celebratus est, et celebratur. Aut pulverem Moschi purum s. cum Opio et Floribus Zincis dederunt, aut Tincturam Moschi solam, sive cum Liquore anodynino minerali, c. Liquore c. c. succinato propinarunt.

DYRSSEN, medicus Rigensis, laudat :

94.

Rp. Tinet. Moschi

Tinet. Ambrae ana partes aequales.

Dosis: guttulae viginti usque quadraginta singularis horae quadrantibus.

Mucilago Seminum Cydoniorum

remedium involvens et leniter adstringens saepius quam fieri solet, pro potu ordinario contra diarrhoeam cholericam in usum vocari meretur. Hunc in scopum si uti vis mucilaginoso hoc potu, fac, ut mucilago seminum Cydoniorum maiori quam fieri solet aquae Ro-

sarum s. fontanae copia diluatur. Caeterum vehiculo hoc uti potes ad Ammonii muriatici solutionem etc. **KERKOVIUS** bono eventu mucilaginem Sem. Cydoniorum cum Extracto Hyoscyami contra mesenteritidem, cholerae saepius subsequentem, in usum vocavit.

Natrum muriaticum. S. Sal culinare.

Hoc remedium nostro tempore magnam natum est famam et quidem anticholericam. Ringerses et Petropolitani medici bene de eius usu meriti sunt; inter illos de **ERTZDORFF KUPFER** hoc valde laudat, inter hos **OCKEL** illud celebrat. In duobus primis cholerae Asiaticae stadiis propinari potest Salis culinaris solutio, non neglectis tamen frictionibus, aut vena large secta. Solutio Natri muriatici haec est:

95.

Rp. Natri muriatici uncias duas

Solve in

Aquae fervidae unciis duodecim.

D. S. Omni hora cochlear magnum propinetur.

ERTZDORFF KUPFER solutionem unciarum duarum in Aquae fervidae unciis sex sumere iubet. Non diu post vomitus biliosus excitatur largissimus.

Si dolor in praecordiis oritur, Lac vaccinum recenter emuletum vasculatum porrigatur,

s. cochlear Olei Olivarum seu Amygdalarum
duleium recentis.

Salutari hoc vomitu bilioso, qui nunquam non post Natri muriatice usum observatur, finito, aegrotus melius se habet, et aut biliosas sedes aut criticos sudores observas sanguinis circulatione in pristium ordinem reducta. Si bilis per anum non egeritur, potonis Riveri cum Tinctura Rhei Darelii usus laudatur.

Est in primis ut nobis videtur, vis emetica, cui debet Natrum muriaticum famam suam.

Natrum nitricum.

Hoc remedium praestantissimum contra dysenteriam inflammatoriam examini medicorum practico submitti meretur.

96.

Rp. Natri nitrici drachmas duas usque unciam dimidiam

Solve in

Decocti radicis Althaeae unciis sex usque octo

sive in

Aquae font. destillatae unciis quinque Mucilagin. Gummi Arab. unciis duabus.

D. S. Omni hora vel bihorio sume probe mixti medicamenti cochlear magnum.

Nux moschata.

Nuces moschatae, quae viribus gaudent stomachicis et nervinis, multum profuerunt con-

tra diarrhoeam cholericam, dolores praecordiales, et alia symptomata et spasmodica et fere paralytica. Plures hoc narrant medici Rigenses.

KERKOVIOUS, medicus Rigensis, ita dedit Nucem moschatam:

97.

Rp. Pulveris Nucis moschatae drachmam dimidiam

Pulveris radicis Salep. grana decem.

Dentur tales doses sex. S. Omni hora pulvis sumatur bibendo dimidium eyathum infusi Theae nigrae donec diarrhoea desinit.

Nuces Vomicae.

(Vid. Extractum Nucis vomicae.)

Oleum Baccarum Juniperi.

Sunt qui Oleum baccarum Juniperi Spiritus vini rectificatissimi sufficiente quantitate solutum et guttatum in Infuso herbae Melissae, Menthae, Verbasci ministratum propter effectum quem habet diaphoreticum, magnopere ut cholerae remedium, laudant. Si cum Liquore Ammonii caustici mixtum adhibes Oleum Juniperi, aptum habes Linimentum frequenti usu contra choleram Asiaticam haud indignum.

Oleum Caieput.

Olei Caieputi fama citissime orta citissime perdata est. Fuerunt qui in hoc oleo remedium anticholericum frustra iam diu exspecta-

tum tandem aliquando inventum esse putarent. Valdopere autem errarunt. Non magis enim praestat hoc oleum quam Oleum Menthæ; habet quidem vires nervinas, antispasticas, diureticas et exaestuantes, sed vires revera anticholericas non habet. Iure igitur propinare potes hoc oleum ut remedium palliativum, sed cave, ne hoc usus utiliora nou in usum voces.

Datur hoc oleum cum saccharo et cum aethereis. Dosis guttae duae usque decem.

Lipsiae ut prophylacticum trochisci (Bonbons) ex Oleo Caieput, Saccharo albo et Mucilagine Gummi Arabici a conditoribus venditantur.

Oleum Caryophyllorum.

(Vid. Aether phosphoratus.)

Oleum Chamomillæ aethereum.

Oleum hoc aethereum præ caeteris laudatum est contra cholera pandemie grassantem. Fuerunt qui in hoc oleo contra hunc morbum tutelam et morbi ipsius tutissimum remedium se invenisse sibi persuaserint. Sed spes fefellit. Guttatim cum Saccharo albo propinari potest, sive in Spiritu vini rectificatissimo, s. in Aethere sulphurico etc. solvatur. Alii laudarunt et laudant adhuc

Guttas Chamomillæ Anglicas, quae hoc modo parantur.

Rp. Radic. Gentianae unciam unam
 Radic. Levistici uncias duas
 Alcohol Vini (80°) uncias duodecim.
 Digerantur leni igne per horas quadraginta
 et octo in vase bene clauso. In Co-
 latura solve
 Olei Chamomillae Romani aetherei un-
 ciam unam.

D. S. Tinetur Chamomillae Anglicæ.

Oleum Chenopodii Mexicanæ aethe- reum.

MEBES, medicus Rigensis, Olei Chenopodii Mexicanæ aetherei guttas decem usque viginti non sine bono fructu contra cholera propinari saepius iussit. Tunc in primis profuit, cum a cholera paralysis oriri minaretur. Omni hora sive omni bihorio dosin illam repetere suadet. Hoe oleum cum Saccharo s. cum Spiritu vini sufficiente quantitate propinatum stomachus bene ferre videtur.

Oleum Menthae piperitae et crispae aethereum.

Oleum Menthae piperitae aethereum et Oleum Menthae crispae communem habent cum omnibus oleis aethereis vim. Quae quidem vis spiritus vitales incitat et sanguinem valdopere exaestuat. Usus eorum igitur in illis cholerae affectionibus conduceit, quae notabili debilitate virium vitalium insigniuntur. Dantur hoc scopo cum Saccharo albo, cum Aethere sulphurico, acetico, quidquod, cum Opio. Cave,

ne oleis his abutaris, quae tunc maximum ferunt damnum, cum cholera orgasmum sanguinis gignerit. Caeterum silentio praeterire nefas foret, iam antiquissimis temporibus Oleum Menthae piperitae famam anticholericam habuisse. **DE GRAEFE**, medicus Berolinensis celeberrimus, refert, Stockholmiae contra cholera anno 1567 ibi grassantem bono cum eventu has pilulas in usum vocatas esse:

99.

Rp. Cerae flavae unciam

Nuc. vomicae pulverul. N. tres

Pulv. herb. Digital. purp. drachmam dimidiam

Olei Menth. piperitae guttas quinquaginta

Olei Caleput. gutt. triginta et quinque.

F. I. a. pilulae gran. III. Consurguntur Pulv. cort. Peruv., fol. Menthae et Amyli.

S. Quarta quaque hora pilulae quatuor sumantur.

Caeterum conferantur, quoad formulas, Camphora, Aether sulphuricus, Opium.

Oleum Ricini

nullo modo, ut **HENDERSON**, medieus Anglieus, narravit, bonos praestat effectus, cholera incipiente nullaque diarrhoea praesente, ad cholerae contagium tubo intestinali expellendum. Si alvus tarda est in huius morbi primis aut ultimis stadiis, Rheum, Natrum sulphuricum et alia remedia eccoprotica Oleo Ricini praeferri merentur, quod cochleatim ita propiuatur, ut Succi Citri recenter expressi guttulae addantur; ita enim saepius prohibetur,

ne post Olei Ricini haustum nausea oriatur,
vel vomitus.

Oleum Terebinthinae.

Oleum Terebinthinae remedium balsamicum, aestuans, diureticum optimo cum effectu propinatum est contra choleram Asiaticam, Rigae, Libaviae (Liebau) et Posniae (Posen). In primis tunc indicatum esse videtur hoc oleum, cum vires vitales valdopere diminutae sunt, cum sanguinis circulatio languescit, frigus et algor membra penetrat. Plures medici, inter quos SAEUME nominasse sufficiat, miros eosque salutiferos experti sunt huius remedii effectus.

Guttatim propinatur hoc oleum (guttae quinque usque sexaginta) in Decocti mucilaginosi sufficiente quantitate. Nonnunquam cochleatim (Kaffeelöffelweise) — detur, necesse est.

De GUMBERT, medic. apud Posenses, eandem canit huius olei laudem; narrat in urbe Posen cholera paralyticam nonnunquam Oleo Terebinthinae singulis horae quadrantibus cochleatim propinato (Theelöffel) sanatam fuisse. Sumserunt nonnunquam ab hoc morbo periculoso revoncalescentes unciam unam et dimidiam.

Operae pretium esse puto has formulas in medicorum revocare memorias. Balsamum Terebinthinae.

100.

Rp. Terebinth. Venet. drachmas tres
 Acidi sulphurici concentrati drachmas
 quinque
 Misceantur in vitro aperto, iisque suc-
 cessive addantur
 Spiritus Vini rectificati uncias tres.

S. Quindecim ad triginta guttae dentur.

101.

Rp. Aetheris sulphurici drachmas tres
 Olei Terebinthinae drachmas duas.
 S. Guttatim detur.

Opium.

Permuli sunt medici, qui putant, Opium tam necessarium esse in medici contra cholera militantis manu organum, ut sine hoc inanis sit et claudicet medicina anticholerica, qui vero eodem *iustuctus fuerit*, maiora praestiturum esse, quam quis ab uno remedio contra cholera pandemiam facile speraverit. Rudis enim sit (putant illi medici cum SYDENHAMO. Vid. opera eius omnia, ed. KUEHN p. 157.) oportet, et parum compertam habeat huius medicamenti vim is medicus, qui idem sopori conciliando, demulendis doloribus et diarrhoeae sistendae applicare tantum noverit, cum Opium gladii instar Delphici ad plurima symptomata eaque periculosissima compescenda, iuprimis ad insigniores spirituum animalium ἀταξίας, accommodari possit, et praestantissimum sit remedium cardiacum,

unicum paene, quod in rerum natura hactenus est repertum.

Iudice experientia, ut SYDENHAM auctor est, certo constat, quod, si contra choleram Opii parata indicantur, in iis et remedii dosis et repetendi vices cum symptomatis magnitudine omnino conferenda sunt. Quae enim dosis remissiori symptomati coercendo par est, ea ab alio fortiori superabitur; et quae alias aergrum in manifestum vitae discrimen coniiciet, eundem in praesentia ab orei faucibus liberabit. In repetendis et in augendis dosibus Opii spatium autem interponatur, ut quid a iam ingestu Opio sperandum sit, prius ediscat medicus, quam novas affert suppetias. Periculosisima enim narcosis et facile in statum nervosum transiens a nimiis Opii dosibus orta. Cura igitur, ne Opio ad cholerae incipientis symptomata mitiganda abutaris, irreparabile enim inde oriturum esset damnum!

Ad Opii usum praeparata ex Opio plurima quidem laudata sunt. Hi laudant Opium pulverisatum purum, sive cum Ipecacuanha (Pulverem Doweri), Moscho, Castoreo iunctum, illi celebrant solutionem Opii in Spiritu vini, et Tineturam aut simplicem aut erocatam guttatum propinare iubent, sive hanc cum Oleis aethereis, Liquore cornu cervi, Camphora et aliis remedii maritant. Quae nostris diebus inclaruerunt formulae haec ferè sunt: Omnibus aliis autem praeferrri debent formulae Tineturarum aut simplicium aut compositarum.

DE HUEBENTHAL, medicus Russicus, hanc laudat formulam ad sanguinis circulationem accelerandam, et ad nervorum actionem excitandam.

102.

Rp. Opii purissimi grana octo

Solve in

Aquae moschatae libr. dimidia

Adde

Olei Ricini

Muc. G. Mimosae singul. unciam unam.

D. S. Cochleatim detur singulis horae quadrantibus usque omni bihorio.

Diarrhoea cholerica perseverante hae pilulae laudantur:

103.

Rp. Opium

Pulv. radie. Ipecacuanhae

Extr. Liquirit. ana granum unum.

F. pilula. Vespere detur.

104.

Rp. Tincturae Thebaicae guttas decem usque viginti

Aquae Menthae crispaec unciam dimidiad

Decocti radieis Salep. uncias quatuor.

D. S. Cochleare magnum singulis horae quadrantibus usque omni hora bibatur.

Petropoli mixtura laudatur hac formula redita:

105.

Rp. Aquae Cinnamomi unciam
 Pulveris radicis Ipecacuanhae granum
 Tinct. Opii guttas triginta et quinque
 Spiritus Lavendulae drachmam
 Tineturae radicis Rhei drachmas duas.

D. S. Cochleatim omni hora bibatur.

106.

Rp. Aetheris sulphurici s. acetiei
 Tiucturae Opii simplicis ana drachmam
 cum dimidia.

D. S. Vigiuti usque ad triginta guttas omni
 hora usque ad trihorium sume bibendo cya-
 thum vini Madeirae seu vasculum infusi Men-
 tha piperitae.

107.

Rp. Olei Menthae crispae s. Caryophyllo-
 rum scrupulum dimidium
 Aetheris sulphuris drachmam cum di-
 midia
 Tineturae Opii simplicis drachmam.

D. S. Sume sensim augendo dosin, quinde-
 cim usque viginti guttas omni hora sive bi-
 horio.

108.

Rp. Olei Menthae piperitae scrupulum di-
 midium
 Aetheris sulphurici drachmas duas
 Tineturae Opii simplicis drachmam.

D. S. Sume decem usque quindecim guttas
 sensim augendo dosia.

SCHAEFER, quondam medicus praetorianus Polonicus, Censtochaviae ineunte morbo has guttulas laudat :

109.

- Rp. Tincturae Castorei Moscovitici
 Tincturae Valerianaee aethereae
 Tincturae Thebaicae
 Liquoris Cornu cervi succinati ana
 drachmam unam.

D. S. Omni hora guttae viginti ingerantur.

110.

- Rp. Tincturae Opii crocatae
 Tincturae Ambrae cum Moscho
 Tincturae Macis
 Aetheris sulphurici ana drachmam.

D. S. Omni media vel omni hora triginta usque quinquaginta guttas sumat aegrotus.

111.

- Rp. Tincturae Opii crocatae drachmam di-
 midiam usque drachmam
 Tincturae Rhei aquosae drachmam
 usque drachmam c. dimidia
 Liquoris corn. cerv. succinati drach-
 mas duas
 Gummi Arabici unciam dimidiam
 Aquae Menthae piperitae uncias sex.

D. S. Omni hora cochleare magnum inge-
 ratur.

112.

- Rp. Tincturae Opii simplicis s. erocatae
 Liquoris Corn. cerv. succinati ana
 drachmam cum dimidia.

D. S. Sume viginti usque quadraginta guttas
bibendo cochleare magnum Vini seu Infusi
herb. aromat.

113.

Rp. Tincturae Opii erocatae guttas tringinta
usque drachmam dimidiam
Pulveris radicis Ipecacuanhae granum
unum
Aqua Cinnamomi unciam unam.

F. Haustus. S. cochleatim omni hora sive bi-
horio sumatur.

MALCZIUS, Dr. Varsoviensis hoc laudat:

114.

Rp. Tincturae Opii erocatae guttas octo
Aqua Menthae piperitae uncias duas
Mucilaginis Gummi Arabici unciam di-
midiam

D. S. Sume dimidium cochlearis usque ad
cochleare omni hora vel bihorio.

Petropoli levioribus affectionibus haec for-
mula usui fuit:

115.

Rp. Decocti radicis Salep
Aqua Menthae piperitae ana uncias
tres
Laudani liquidi Sydenhami drachmam
dimidiam.

D. S. Omni bihorio sumatur cochlear ma-
gnum.

In stadio prodromorum magno fructu permulti Poloniae medici hunc ministrarunt haustum.

116.

Rp. Tinet. Opii crocatae gtt. quinque usque decem

Tinet. aromaticae scrupulos quatuor

Aqua Foeniculi uncias duas.

S. Haustus.

Alii prae caeteris laudant Pulverem Doweri; narrant, se huius pulveris dosi media (grana quinque) in Infuso herbae Menthae piperit. data contra vomitum et vomituritiones optimos vidisse effectus. De SIEVERS, medicus Rigensis, Pulveri Doweri tune adstillari iussit Liquorem c. e. succinatum non sine magnis commodis, cum cholericu ictu paralyticu quasi fracti dyspnoea et angore excruciantur.

Oxymel simplex

potui ordinario cochleatim admiscetur ad saporem gratum subacidum.

(Confer. Acetum Vini.)

Pasta Althaeae.

Potus optime demulcens ex Pastae althaeae decoctione paratus Cholericis conducit. Est autem hic:

Rp. Pastae Althaeae unciam dimidiam ad integrum
 Aquae ferventis libras duas ad tres.
 Stent in loco tepido ad solutionem. D. Vasculatim.
 NB. Addi potest Succi Citri rec. express.
 s. q. ad gratum saporem.

Phosphorus.

(Vid. Aether phosphoratus.)

Poma Citri.

(Vide Succus Citri.)

Pulvis aërophorus e Magnesia carbonica.

(Vid. Acidum carbonicum.)

Pulvis aërophorus e Natro carbonico acidulo.

(Vid. Acidum carbonicum.)

Pulvis Ipecacuanhae compositus.

(Vid. Opium.)

Radix Althaeae.

Decoctum huius radieis, cuius drachmae duae vel tres sufficiunt ad decoctum librae unius,

vim habet emollientem et involventem. Sae-
piissime in usum vocatur ad vehiculum reme-
diorum salinorum et acrum contra cholera-
propinatorum.

Radix Anatheri muricati s. Andro- pogi muritati Retz.

(Galli hanc radicem vocant Vétiver s. Vi-
tiver, Racine Vétiver, Racine anticholérique
des Indes, Racine des Indes.)

Haec radix vires habet nervinas excitantes
diaphoreticas, illis non absimiles, quae Ser-
pentariae usu observantur, s. usu Olei Ca-
ieput. Infusum huius radicis fervidum prodest
contra spasmos. Laudatur contra cholera-
Asiaticam. Sunt qui Oleum aethereum huius
radicis forma Elaeosacchari ut prophylacticum
contra cholera in usum vocant. Infusum
paratur ita, ut drachmae duae s. uncia dimidia
huius radicis aquae fervidae s. q. admisceantur.

Radix Angelicae.

Radix Angelicae ad masticationem saepissi-
me laudata est pro usu prophylactico; dum
habet vim excitantem et diaphoreticam, in apo-
therapia Cholerae in usum saepe vocatur.
Optime infunditur uncia dimidia aut integra
huius radicis cum sufficiente Aqua ad Colatu-
ram unciarum octo, quarum omni bihorio
propinatur uncia dimidia aut integra. Addi
possunt aetherea, salina, solventia etc.

Radix Arnicae.

Radix Arnicae, cuius vis resorbens nervina et subtonica satis innotuit, optimo cum successu et in apotherapia Cholerae pandemiae a multis quid quod plurimis medicis in usum vocata est. Uncia dimidia vel integra Aqua decocta ad Colaturam unciarum octo s. sex omni hora s. bihorio coeleatim propinari solet. Admiserunt nunc Ammon. mur. nunc Tartarum stibiatum refracta dosi; modo addiderunt aetherea, modo tonica. Praeteriri nequit, saepius Infuso radicis Arnicae diarrhoeam cholericam sisti.

Radix Artemisiae.

Radix Artemisiae, quam antepilepticam **BURDACH**, medicus **Lusatus**, vocat, ab eodem medico tanquam anticholerica laudata est. Pulvis huius radicis eiusque fibrillarum cum a cholericis facile devorari non possit, Decoctum unciae huius radicis ad Colaturam unciarum octo, cui **Elaeosaccharum Menthae**, sive **Aetherea** addi possunt, in usum vocare suadet. Coeleatim sumatur omni hora. Clysmata huius decocti cum Mucilaginosis coniuncta addi possunt.

Radix Belladonnae.

Radix Belladonnae, quae, ut constat, proprias habet vires nervinas, easque narcoticas et toxicas passim suasore **WEIGEL**, medico Dresdensi celeberrimo, contra cholera in usum vocata est. Si analogiam sequeris, non est,

ut dubites, aliquam habere posse utilitatem radicis huius usum in cholerae cura. Cave autem, ne abutaris. Quamobrem dosin porrigas commodam, sed raram. Addendum est, Berolini plures medicos, inter quos a STOSCH nominio, medicum vere Hippocraticum, magnis radicis Belladonnae dosibus cholericos sanasse in ultimo morbi stadio iacentes. Semel dedit ille medicus sensim sensimque grana secundum.

Radix Columbo.

Decoctum radicis Columbo, s. Extractum radie. Columbo aqua aromatica quadam solutum optimum praestat usum in apotherapia cholerae. Admiserunt huic remedio Acida mineralia diluta, tunc Aetherea, Mucilaginosa, Opium etc.

Radix Gentianae.

Extractum Gentianae rubrae in apotherapia cholerae saepius adhibitum est. Datur sueta dosi et formula nota.

Radix Imperatoriae.

Radix Imperatoriae, excitans et diaphoretica, tunc usu haud indigna, cum potatores cholera laborantes statu typhoso corripiuntur. Infusum huius radicis addi possunt Aether sulphuricus, aceticus etc.

Radix Ipecacuanhae.

Emeticorum usus in cholerae Asiaticae cura in dies magis magisque laudatur. Sunt non pauci medici, qui ab emeticis in stadio prodromorum huius morbi audacter et cito datis optimos viderunt effectus. Ad emesin excitandam prae caeteris laudatur Radix Ipecacuanhae, quae pulverisata dosi granorum decem omni horae quadrante usque ad emesin datur. Sunt autem, qui Pulverem radicis Ipecacuanhae cum Tartaro stibiato maritant hunc in usum. Praeter vim emeticam Radix Ipecacuanhae gaudet viribus antispasticis et diaphoreticis. Hae vires tum observari solent, cum Radix aut dosi refracta (grani sexta pars) datur, Opio admixto, aut cum infusum ex illa paratur, ita autem, ut illud emesin excitare non possit. Infuso tali radicis Ipecacuanhae addi possunt Mucilaginosa, Acida mineralia, Aetherea, Aromatica, Opiata. Viennae summo cum usu haec formula saepissime adhibetur.

118.

Rp. Radic. Ipecacuanhae grana decem

Infunde Aquae fervidae s. q.

Stent in digest. per quartam horae partem

Colatura unciarum sex.

S. Omni bihorio cochlear, s. cochlearia duo sumantur.

119.

Rp. Radicis Ipecacuanhae grana sedecim

Tartari stibiati granum dimidium

Sacchari albi scrupulum.

M. f. pulvis. Divide in partes duas aequales. S. Singulis horae quadrantibus pulvis datur, donec vomitus sufficiens excitatus fuerit.

DE REINER, medicus Jenensis, qui cholera-ram epidemiam Varsoviae grassantem obser-vavit, hoc emeticum laudavit:

120.

- Rp. Pulveris radicis Ipecacuanhae seru-pulum
Tartari stibiati granum unum.
D. S. Aquae tepidae sufficiente quantitate fiat haustus emeticus.

Radix Rhei.

Huius radicis effectus purgans, calefaciens, stomachica, in cholerae Asiaticae cura mul-tum profuit, in primis ab initio huius luis et in eius fine. Dederunt hoc remedium omni-bus quidem formis; modo propinarunt pulve-rem, modo Tineturam Rhei, nunc aquosam, tunc compositam s. vinosa Darelii; hi De-coctum radicis Rhei laudarunt, alii Syrupi Rhei, sive Extracti Rhei solutionem.

Dr. a TREYDEN, medicus Koenigsbergensis celeberrimus, contra constipationem post cho-leram subortam hunc propinavit pulverem:

121.

- Rp. Radie. Rhei optimi
Natr. sulphurici ana unciam dimidiam.
M. f. pulv. Det. ad scatulam. S. Cochlear parvum sumatur.

ANDREAS, Professor et medicus apud Mag-deburgenses celeberrimus, hanc laudat mixtum:

122.

- Rp. Tinet. Rhei aquosae unciam
 Spirit. sulphur. aetherei drachmam di-midiam
 Syrupi cort. Aurant. unciam dimidiam
 Aquae Cinnamomi simpl. uncias tres.
D. S. Quater die cochlear sumendum.

Confer Opium, ubi plures legis formulas hue spectantes.

Radix Salep,

cuius vis nutriens, involvens et demulcens notissima est, forma decocti saepissime contra cholera in usum vocatur. Solvunt coctionis ope quadraginta octo partibus Aquae unam partem Radicis Salep, ut fiat decoctum mucilaginosum. Vehiculum est saepissime usitatum in therapia cholerica, cui adduntur Opium, Salia, Aromatica etc.

Pro potu ordinario haec formula laudatur:

123.

- Rp. Radicis Salep
 Floris Macidos ana drachmam
 Coque in
 Aquae fontanae libr. una
 Colatura adde
 Vini Rhenani optimi uncias octo
 Pulveris Cinnamomi q. s. ad gratum
 saporem.
D. S. Propinetur aegro dimidium vaseulum.

Radix Serpentariae.

Vis huius radicis excitans et nervina optimos habuit effectus in cholerae Asiaticae cura in primis tunc, cum systema nervosum paralysi affectum fuerat. Sunt, qui huius radicis vim salutiferam in statu nervoso - stupido cholerae subsequente valdopere laudant. Melius infusio ex hac radice parata cochleatim propinatur, quam pulvis. Infuso radicis Serpentariae addi possunt Aetherea et Nervina.

Plures medici radice ita usi sunt maximo cum fructu in cholera epidemia tractanda.

124.

Infus. radic. Serpentariae ex uncia paratae uncias octo

Spirit. nitrico - aetherei

Pulv. G. Mimosae ana unciam dimidiem.

D. S. Quavis hora cochlear magnum sumatur.

NB. Dosis Spiritus nitrico - aetherei diminuenda nobis videtur; sufficit drachma.

125.

Rp. Laudani liquidi Sydenhami gtt. quatuordecim usque viginti et octo

Camphorae grana duo usque quatuor

Liquor. anodyn. miu. Hoffm. drachmam

Muc. G. Arabici

Syrupi Papaveri albi ana unciam sem.

Infusi radix Serpentariae ex drachmis
duabus s. uncia dimidia pa-
rati uncias quatuor.

S. Cochleatim detur.

Radix Valerianae minoris.

Saepissime adhibetur Radicis Valerianae mi-
noris infusum in stadio spasmodico cholerae
sive in morbis nervoso-stupidis, qui hanc sub-
sequi solent. Vis huius radicis est nervina,
excitans, antispastica et diaphoretica.

KURTZWIG, medicus Rigensis, has laudat
species ad infusum parandum et ab initio
morbi vasculatim et saepius propinandum.

126.

Rp. Flor. Sambuci

Radic. Valerianae ana partes aequales.

C. D. S. Species antispastico-diaphoreticae.

Rotulae Menthae piperitae.

Sunt medici, qui Rotulis Menthae piperitae
tanquam remedio prophylactico cholera epide-
mie grassante uti suadent.

Rotulae calcariae chlorinicae.

(Vide Calcaria chlorinica.)

Saccharum Lactis.

Hic potus vasculatim propinatus cholericis,
qui siti exercentur, attentione medicorum
indignus non est:

127.

Rp. Sacchari Lactis unciam dimidiam usque
unciam

Infunde cum

Aquae fontanae fervidae libr. duabus

Adde

Succi Citri qu. s. ad gratum sa-
porem.

D. S. Pro potu ordinario.

Saccharum Saturni depuratum. S.

Plumbum aceticum depuratum.

AUTENRIETH (filius), medicus et professor
Tubingensis, et **HOFFMANN**, huius praeparati
effectus salutiferos in diarrhoeis serosis ex
membranae mucosae intestinalis statu inflam-
matorio ortis compertos habentes, hoc uti sua-
dent remedio in diarrhoea cholericæ colliqua-
tiva, et hac quidem forma:

128.

Rp. Sacchari Saturni granum semis
Decocti radieis Althææ uncias tres.

D. S. Propinetur aegro cochleatim.

Semen Cannabis.

KERKOVIOUS, medicus Rigensis, irritationem subinflammationem membranae mucosae stomachi et duodeni post choleraem saepe obortam tuto et cito hac emulsione se sanasse auctor est:

129.

Rp. Emuls. sem. Cannabis uncias sex
Extr. Hyoscyami grana sex.

D. S. Omni hora cochlear sumatur.

Semen Lini.

Decoctum seminum Lini cum radice Liquiritiae paratum sunt medici qui pro potu ordinario in cholerae cura laudant.

130.

Rp. Sem. Lini uncias duas
Radic. Liquiritiae unciam dimidiam.

Fiat infusio calida in

Aqua libr. quatuor per tres horas.

D. S. Vasculatim sumatur.

Semen Lycopodii.

KERKOVIOUS, medicus Rigensis, contra stranguriam cholerae subsequentem optimo cum fructu in usum vocavit Sem. Lycopodii e. Extracto Hyoscyami in emulsione.

HUFELANDI mixturam examini medicorum submittit HEGAR, medicus Darmstadtensis,

ad stomachi sensibilitatem diminuendam, et vomitum hinc oriri solitum, leniendum.

131.

Rp. Magnesiae carbonicae drachmas duas

Saturentur cum

Aceti Vini concent. s. q.

Adde

Aquae Menthae

Syrupi opati ana uncias duas

Sem. Lycopodii drachmas duas.

D. S. Omni bihorio cochlearia duo.

Semen Papaveris.

Emulsio seminum Papaveris saepissime laudata est contra cholericas vomititiones et vomitus; aut pure propinatur cochleatim talis emulsio papaverina, aut cum Camphora etc.

Semina Ruminis aquatici.

Auctore D. a GUMBERT, medico publico apud Posenses, rustici non procul ab urbe Posen in Polonia Borussica habitantes pulvrem contusum seminum Ruminis aquatici depuratorum cochleatim (Theelöffel) omni hora sive omni bihorio bono eventu contra cholera-ram Asiaticam dederunt; miscent hunc pulvrem cum Vini rubri s. Spiritus vini suff. quantitate, et superbibunt infusa herbarum dia-phoreticarum tepida. Cessant huic remedio diarrhoea et vomitus.

Spiritus salis dulcis. S. Spiritus muriatico-aethereus.

Laudarunt nonnulli medici *Spiritus salis dulcis* guttas decem vespere eyatho infuso florū Chamomillae adstillatas ut prophylactiū. Alii pro potu ordinario cholericis ministrant vasculatim hanc mixturam:

132.

Rp. *Spiritus salis dulcis* drachmam usque drachmas duas.

Syrupi Rub. Idaei uncias duas
Aqua fontanae libram unam.

Succus Citri

aqua diluti et Sacchari sufficiente quantitate dulcificati a multis medicis pro potu ordinario propinari solet.

133.

Rp. *Succi Citri* uncias tres

Syrupi Rub. Idaei uncias duas

Aqua fontanae decoct. purissimi libr. quatuor.

S. Vasculatim detur.

Syrupus Rhei.

(Vid. Radix Rhei.)

Syrupus Rubi Idaezi

cum Aqua dilutus pro potu ordinario datur; caeteroquin saepissime cum Acido sulphurico praescribitur.

Tartarus stibiatus.

Tartaro stibiato ad emesin excitandam multi usi sunt medici in cholerae Asiaticae cura. Dederunt dosi sueta et formulis satis notis. Nonnulli hoc remedium magna dosi propinrunt, ut emesin et diarrhoeam simul excitarent aut augerent. Putant hi, Tartaro stibiato cholerae contagium visceribus inhaerens deleri, et evacuari. Cave autem, si methodum nescis.

LERCHE, medicus Petropolitanus, optimo cum eventu ad emesiu excitandam Linetu emetico celeberrimi **HUFELANDI** usus est.

134.

Rp. *Tartar. stibiati granum unum*
 Pulv. *radie. Ipecacuanhae scrupulum unum*
Aquae destillatae unciam
Syrupi Rub. Idaei
Oxymellis scillitiei ana drachmas tres.

D. S. *Omnibus horae quadrantibus cochlear usque ad emesin ortam.*

Persaepe, ne hyperemesis oriretur, Tартrum stibiatum dedit cum Pulvere aërophoro et hac quidem formula:

135.

Rp. *Kali carbonic. grana decem.*
 Tart. *emetici partem grani sextam.*
 Dent. *tales doses sex. S. Omni bihorio detur pulvis cum Succo Citri in effervescedo usque ad emeseos ortum.*

102

Petropoli haec formula usi sunt mediei nonnulli militares Russici:

136.

Rp. Tartari stibiati grana sex
Camphorae tritae
Tinet. Opii crocatae ana scrupulum
Olei Olivarum uncias sex.

D. S. Omni horae quadrante cochlear bibatur parvum.

Addendum est FRIESE, medicum Borussicum, Vinum emeticum in stadio prodromorum et incrementi cholerae epidemiae ita in usum vocasse maximo cum fructu, ut guttas triginta huius vini pro dosi daret, eamque singulis horae quadrantibus usque ad emesin perfectam reiteraret.

Tinctura Ambrae c. Moscho

guttatim datur pure, sive cum Tinctura opii mixta. HARTMANN, medicus Rigensis, emesin cholericam cito leniit his guttis, quae stomacho sensibili valdopere conducunt.

137.

Rp. Tinet. Ambrae c. Moscho
Tinet. Macidis
Tinet. Opii crocatae
Aeth. sulphurie. ana partes aequales.

Singulae horae quadrantibus guttae viginti dentur.

DYRSEN, medicus Rigensis, Tineturam Moschi cum Ambrae largis dosibus datam, frictionibus haud postpositis, valdopere laudat. Vires vitales hac Tinetura excitantur.

Tinctura aromatica.

Tinctura aromatica ex Cassia cinnamomea, Cardamomo, Caryophyllis, Galanga, Zingibere et Spiritu vini rectificato parata guttatum datur a medicis ad prophylaxiu, et ad morbos cholerae subsequentes atonicos curandos. Sunt qui Tineturam aromaticam cum Opio propinuant, saepius autem cum Decocto Salep aliisque Mucilaginous ministrant.

Tinctura Castorei.

(Vid. Castoreum.)

BLOSFELD, medicus Rigensis, harum formularum laudat usum salutiferum ab initio cholerae morbi.

138.

Rp. Tincturae Castorei
Liquoris C. C. succinati ana partes
aequales.
D. Omni hora guttae viginti — triginta.

139.

Rp. Tinet. Castorei drachmam unam cum
dimidia
Laudani liquidi Sydenhami drachmam
dimidiad usque drachmam.
Dentur guttae quindecim usque viginti.

Tinctura Cinnamomi.

BARCHEWITZ, medicus Borussicus, hanc Tincturam valdopere laudat ob vim suam antemeticam et antispasmodicam. Coniungi potest cum Tinctura Thebaica.

140.

Rp. Tincturae Cinnamomi drachmas tres
Tincturae Opii vinosae Pharmacop.
Hanoveraneae drachmam di-
midiam.

D. S. Omni media hora usque omnem ho-
ram sumantur quindecim usque viginti guttae
Saccharo infusae, seu bibendo cochleari vini.

Tinctura Hellebori nigri.

DE HUEBENTHAL, medicus Russicus, pota-
toribus cholera Asiatica affectis optimum praes-
stitisse usum hanc formulam testatur:

141.

Rp. Tinet. Hellebori nigri
Tinet. Thebaicae
Aeth. sulphurici ana drachmam.

D. S. Guttatim propinatur.

Tinet. Ferri acetici aetherea.

(Vid. Ferrum sulphuricum.)

Tinctura Macidis.

Haec Tinctura excitans et nervina in sta-
dio spasmodico cholerae guttatum (viginti)

a multis medicis datur cum Tinctura Castorei etc.

Tinctura Moschi.

(Vid. Moschus.)

Tinctura Opii crocata.

(Vide Opium.)

Tinctura Opii simplex.

(Vid. Opium.)

Tinctura Rhei aquosa.

(Vid. Radix Rhei.)

Tinctura Rhei Darelii.

(Vid. Radix Rhei.)

Tinctura Sinapeos.

Hanc Tincturam **BARCHEWITZ** valdopere laudat. Vide dosin et methodum huius remedii apud Tincturam Zingiberis, cui haec similis est.

Tinctura Thebaica.

(Vide Opium.)

Tinctura Valerianae aetherea.

BLUMENTHAL, medicus Russicus, hanc laudat mixtionem ab initio cholerae spasmodicae guttatum propinandam.

142.

Rp. Tinet. Valerianae aethereae

Liquor. c. c. succinati

Tinet. Moschi ana partes aequales.

D. S. Propinentur guttae viginti.

Tinctura Vanillae.

Haec Tinctura nervina valdopere incitans guttatum propinari potest ab initio cholerae morbi.

Tinctura Veratri albi

guttatum data, et quidem singulis horae quadrantibus guttulae decem, Petropoli multis, qui cholera laborarunt, usui fuisse, sunt qui narrant. **BOEHR**, medicus Berolinensis, bono eventu singulis horae quadrantibus huius Tincturae guttas quinque in Infuso florum Sambuci propinavit.

Tincturae Zingiberis.

Tincturae Zingiberis **BARCHEWITZ**, medicus Borussicus, saepissime dedit guttas quadraginta — sexaginta in parvo cyatho Vini de Madeira, Malaga etc. optimo cum eventu in studio prodromorum, quid quod in secundo

cholerae stadio. Statim post hanc dosin, quae et in Aquae tepidae suff. quantitate propinari potest, diarrhoea et vomitus sistuntur. Famam anticholericam quandam haec naeta est mixtura :

143.

- Rp. Tineturae Zingiberis
 Tineturae corticis Aurantiorum ana
 drachmas tres
 Tineturae Opii crocatae serupulos duos.
 D. S. Vinginti usque quadraginta guttae in
 infuso Flor. Sambuci seu Menthae piperitae
 sumantur.

Vinum album et rubrum.

Permuli medici experti sunt, Vinum album et rubrum aqua dilutum optimum esse potum cholericis praebendum.

Sic sunt, qui laudant hunc potum :

144.

- Rp. Vini Gallici rubri unciam unam usque
 uncias duas
 Decoeti Hordei s. Avenae libr. tres
 Sacchari albi unciam unam usque un-
 cias tres.
 D. S. Detur usui.
 Medici Rigenses diluere suadent Vinum Gal-
 lieum rubrum Infuso herbae Theae viridis s.
 nigrae.

Laudatur praeterea hic potus :

145.

Rp. Vini Rhenani optimi libr. dimidiam
Aquaæ fontanae libr. tres
Succi Citri aurant. unius
Succi Citri dimidii.

D. S. Vasculatim detur.

Vinum emeticum.

(Vid. Tart. stibiat.)

Vinum Sinapi.

Vinum Sinapi ex Vino rubro calido et Semine Sinapi Anglie paratum hinc illuc propter vim, quam habere dicunt salutiferam contra choleram, inclaruit. Sed cave, ne abusus fiat huius vini. Magnum enim inde capere potest corpus detrimentum. Oriuntur facile, ut saepissime observatum est, post haustus Vini Sinapi affectiones inflammatoriae canalis intestinalis, et deliria semper fere insanabilia. Melius igitur est, Tinctura Sinapi rite parata uti, quam Vino Sinapi.

Zincum oxydatum album. S. Flores Zinci.

Ad spasmodicas cholerae affectiones et lenidas et curandas Zincum oxydatum album saepissime adhibitum est a multis medicis — raro autem solum, saepissime cum Opio, Extr. Hyoscyami etc. maritatum. Exempli gratia :

146.

Rp. Zinei oxydati albi
 Castorei Sibirici
 Extracti Opii aquosi ana grana tria
 Extracti Nucis vomicae
 Pulv. radic. Ipecacuanhae ana grani par-
 tem quartam
 Pulv. Arrow-Root drachmam dimidiam.
 M. f. pulvis. Divide in partes sex aequales.

Omni bihorio pulvis sumatur in vasculo In-
 fusi herbae Menthae crispae s. piperitae.

Inclaruit hic pulvis, quem ANDREJEWSKY,
 medicus militaris Borussicus, primus praescri-
 psit ut remedium anticholericum efficacissi-
 mum et ut prophylacticum.

Zincum sulphuricum purum. S. Vi-
triolum album purum. S. Vitrio-
lum Zinci purum

WERNECK, medicus et chirurgus Salzbur-
 gensis, Zincum sulphuricum, remedium anti-
 spasticum et maiori dosi emeticum ad emesin
 in cholera aut excitandam aut ad excitatam
 augendam laudat; putat enim in cholerae the-
 rapia axioma illud valere: „vomitum vomitu
 curare.“ Propinat Zincum sulphuricum dosi
 granorum quatuor usque decem. Emesi finita
 Zincum sulphuricum refracta dosi dare pergit
 propter vim, quam hae dosi habet, antispasmo-
 dicam. Datur quarta grani pars aut in solu-
 tione aquosa cum Mucilaginosis aut in Aethere
 sulphurico (Zinknaphtha). WERNECK hanc
 laudat formulam:

Rp. Zinci sulphurie. granum dimidium usque
grana duo

Arrow - Root grana decem.

Dent tales pulveres quatuor. S. Omni bihorio
sumatur pulvis in infuso herbae aromaticae s.
diaphoreticæ.

Auctore OESTERLEN, medico Stuttgardensis,
BROWN, medicus Germanus, prixin medicam
in India exercens, vires salutiferas et prophylacticas
Vitrioli albi contra cholerae epidemiam
saepissime expertus est. Laudavit ille
Zinci sulphurici usum hac formula:

Rp. Vitrioli albi grana viginti quatuor

Extr. Gentianae rubrae

Extr. Trifol. fibrini

Gummi Galbani ana drachmas duas

Extr. Aloës aquosi

Pulv. radic. Ipecacuanhae ana grana
octodecim

Gummi Mastichis drachmam unam.

M. f. c. essentiae succini s. q. pilulae N. 240.
Conspergantur Pulv. Cinnamomi. D. ad scatulam.
S. Sumantur ter quaterve die pilulae
duae usque decem; postea hauriatur vasen-
lum Infusi herbae aromaticæ.

F O R M U L A E

EXTEMPORANAEAE

U S U I

EXTERNO ACCOMMODATAE

E T

IN ORDINEM ALPHABETICUM REDACTAE.

Acetum aromaticum. S. Acetum bezoardicum, pestilentiale medicatum, prophylacticum, antisepticum. Acetum quatuor latronum (*vinaigre de quatre voleurs*).

Quot pharmacopoeae, tot formulae ad acetum aromaticum praeparandum. In usum vocatur Acetum aromaticum ad fumigationes ita praeparandas, ut huius aceti copia parva in vase flammulae exponatur; adhibent porro Acetum aromaticum ad frictiones spirituosas easque rubefacientes; sunt qui naribus admovere huius aceti excitantes et gratos odores sua-

dent tanquam prophylacticum. Aliis remediis non praesentibus iure contra prima cholerae cito corpus invadentis symptomata laudantur guttulae octo usque viginti multa aqua aut potu glutinoso dilutae.

Limites excederet huius pharmacopoea formulas numerare varias Aceti aromatici præparationi inservientes. Collectas legis in Pharmacopœa generali, quae germanica lingua Vinariae prodiit 1829. in 8. Vol. II.

Prae ceteris formulis Aceti aromatici a multis medicis laudatur

Acidum aceticum aromaticum

Pharmacopœae Borussicae ita præparandum.

1.

Rp. Acidi acetici unciam unam
 Olei Caryophyllorum drachmam unam
 Olei Lavendulae
 Olei Cort. Citri singulorum scrupulos
 duos
 Olei Bergamottae
 Olei Thymi singulorum scrupulum
 unum
 Olei Cassiae Cinnamomeae gtt. decem.
 M. ut fiat liquor limpidus e flavo fuscescens.

Pertinet hue

Acidum aceticum aromatico - camphoratum

ita præparandum et eodem modo ut Acidum aceticum aromaticum adhibendum :

2.

Rp. Camphorae drachmam dimidiam
 Olei Caryophyllorum guttas viginti
 Olei Citri guttas decem

Solve in

Acidi acetici unciiis quatuor.

Sit limpidum et flavescentia.

Acetum commune s. crudum.

(Vid. Acidum aceticum.)

Acetum concentratum.

(Vid. Acidum aceticum.)

Acetum destillatum.

(Vid. Acidum aceticum.)

Acidum aceticum simplex et concentratum.

Acidum aceticum simplex ex quovis liquore vino-
 so fermentationi acetosae subiecto parari potest. Vis Acidi acetici refocillans, diaphoretica, sitim leniens temperans, dyserasiam sanguinis septicam corrigens satis nota est. Cum variis fluidis Acidum aceticum mixtum occurrit et ita aut simplex aut concentratum aut crudum aut depuratum esse potest. Occurrit primum:

Acetum commune s. crudum.

(Der gewöhnliche oder rohe Essig.)

Hoc acetum in praxi cholericam adhibendum
 Vini acetum esse debet. Lotionibus inservit

calidis in cholerae therapia et vaporibus acetosis. Sunt, qui enemata ex Aceto vini aut aqua diluto aut sine aqua inieco contra cholerae laudant.

2. Acetum destillatum. S. Acidum aceticum dilutum, acidum acetosum

(Destillirter Essig oder verdünnte Essigsäure)

lotionibus in primis inservit, cave autem, ne hoc Acetum vini ad elysmata adhibitum intestinum rectum nimis irritet.

3. Acetum concentratum. S. acidum aceticum concentratum

(Concentrirtre Essigsäure, verstärkter Essig)

frictionibus, lotionibus et vaporibus acetosis inservit. Fortius est, quam ut ad elysmata acetica paranda adhiberi possit.

4. Acetum concentratissimum, Acetum radicale s. glaciale, Alcohol aceti, Acidum aceticum purum

lotionibus, vaporibus acetosis inservit. Vim habet epispasticum.

5. Acidum aceticum concentratissimum.

Hoc remedium vires habet rubefacientes et epispasticas. Linteum Acido acetico concen-

tratissimo impraeagnatum et epidermidi per quinque minuta impositum illam rubefacit; si diutius perseverat, per horae partem quadrantem, MEURER, pharmaceuta Dresdensi auctore, epispasticas habet vires easque celeres et tutas.

Nostris diebus

V a p o r e s a c e t i c i

valdopere celebrati sunt ad contagium et ad miasma cholerae delendum et ad respirationem cholericorum anhelosam facilitandam.

AUGUSTIN hanc laudat formulam:

3.

Rp. Kali sulphurici ruditer contusi uncias duas

Immittuntur lagena cum collo ampliori,
affunde

Aceti optimi q. s. ad humectationem
Kali sulphurici.

S. Lagena maneat aperta per aliquot horas
in cubiculo aegroti.

In Pharmacopoea Suecica hae occurrunt species pro vaporibus Acidi acetici (Stockholm, 1817. in 4. edit. 5.):

4.

Rp. Plumbi acetici crystallisati partes tres
Acidi sulphurici partem unam.

Misce eo tempore, quo uti iis vis.

In pharmacopoea medici practici universali SWEDIAUR. (ed. VAN MONS. Vol. III. in 12.) hae occurrunt formulae:

5.

Rp. Kali sulphurici drachmam unam
Acidi acetici unciam dimidiam.

In phiala unciae unius capaci serva.

6.

Rp. Kali acetici partem unam
Kali sulphurici aciduli partes duas.

Mixta in lagena obturata serva.

Addimus hanc formulam:

7.

Rp. Kali acetici drachmas quinque
Kali sulphurici scrupulos quatuordecim
Acidi sulphurici drachmas duas.

M. f. pulvis. D. Ad vitrum epistomio vitro
bene clausum. S. Olfactoriolum.

Acidum muriaticum concentratum.

Acidum nitricum concentratum.

Ambo balneis tepidis et calidis admisceri possunt. Sunt qui huius aut illius uncias quatuor usque sex balneis addunt; nonnunquam utrumque admisceatur. Sic laudat ROMBERG, medicus Berolineus in cholerae cura exercitatissimus, balnea calida, quibus Acidi muriatici concentrati et Acidi nitrici concentrati ana uncias tres admisceat. Si balnea in usum vocari nequeunt, lotiones hae spongiae ope adhibitae bonos habent effectus:

8.

- Rp. Acidi nitrici fortioris unciam
Aqua communis uncias octo.
D. S. Lotio epispastica.

9.

- Rp. Acidi nitrici concentrati
Acidi muriatici concent. ana unciam
dimidiam
Aqua destillatae uncias octo usque se-
decim.
D. S. Usui externo.

BARCHEWITZ, medieus Borussicus, pedilu-
vium laudat, cui addi debent Acidi muriatici
et Acidi nitrici ana uncia sive uncia cum
dimidia.

Acidum sulphuricum concentratum.

Acidum sulphuricum concentratum eodem
modo et eadem dosi ut Acidum muriatico-ni-
tricum balneis admisceri solet.

Allium sativum.

Inde ab antiquissimis temporibus Allium sa-
tivum ut remedium antiloemicum (Pestmittel)
celebratum est; nostris diebus mixtura inela-
ruit diaphoretica Iudaei Wisnizensis ad frictio-
nes extremitatum cholera algentium. Haec est
mixtura:

10.

- Rp. Allii sativi drachmas duas
Cantharidum drachmam

Piper. nigri drachmas duas
 Camphorae tritae
 Semin. Sinapi ana unciam semis
 Contusis infunde
 Spiritus Vini mensuram dimidiam
 Aceti Vini mensurae partem quartam.
 Digere per horas duodecim leni calore, tum
 cola per chartam. S. Usui externo.

AUGUSTIN in Pharmacopoeae extemporaneae edit. secundae p. 239. ad fumigationes in aëre mephitico, conspergendas et abluendas rebus contagio infestis laudat Acetum antimephiticum Moravillianum ita praeparandum et nostris diebus haud spernendum.

11.

Rp. Sueci inspissati Allii sativi unciam
 Camphorae
 Ammon. mur. rud. pulv. ana unciam
 cum drachma dimidia
 Aceti limpidissimi libr. viginti quinque.
 Digere per octiduum vel ultra in amphora sa-
 tis ampla et clausa modico calore et balneo
 arenae.

In permultis pharmacopoeis pro Aceto aro-
 matico-alliato (confer Acetum aromaticum)
 formulas legis.

Alumen.

Alumen pulverisatum magno usu elysmati-
 bus amylaceis (vid. Amylum) tunc addi potest,

cum diarrhoea cholerica supprimi nequit. Admisceatur elysmati amylaceo unciarum quatuor serupulus s. drachma dimidia Pulv. Aluminis. E. g.

12.

Rp. Opii puri granum unum usque grana duo
 Aluminis pulverisati scrupulum s. drachmam dimidiam
 Amyli drachmam
 Aquae fervidae uncias quatuor usque octo.

D. S. Clysma tepide iniiciendum.

Amylum.

In cholerae pandemie grassantis cura omnes medici elysmata amylo confecta valdopere laudant. Sunt haec elysmata amylacea aut pura aut opiata.

13.

Rp. Amyli drachmam
 Opii puri granum
 Aquae calidae uncias quatuor usque octo.

Tere addendo sensim aquam et leniter coque.

S. Clysma tepide iniiciendum.

Clysma mucilaginoso - opiatum hac forma parandum ANDREAE, prof. Magdeburgensis, laudat:

14.

Rp. Amyli drachmam
 Tinct. Opii erocat. gtt. decem
 Aquae calidae uncias quatuor.
 D. S. Clyisma.

AUGUSTIN iure hanc laudat formulam:

15.

Rp. Amyli drachmam
 Coque per momentum in
 Aquae font. une. duabus
 Adde
 Muc. sem. Cydoniorum uncias duas.
 D. S. Clyisma tepide iniiciendum; sopit et involvit.

SCHNITZER, medicus Vratislaviensis, hunc laudat pulverem:

16.

Rp. Amyli
 Pulv. G. Arabici ana serupulos duos
 Pulv. Opii puri granum unum
 M. f. pulvis. S. Infundatur talis pulvis aquae oryzae s. q., ut fiat clyisma, quod tepide iniicitur.

Aqua Amygdalarum amararum.

Aqua Amygdalarum amararum diarrhoea cholérica eaque dolorosa persistente, ut non nulli medici narrant, magnum praestat usum. Clysmati mucilaginoso addi solent huius aquae guttae decem usque viginti.

GEBEL, medicus Lignitzensis, laudat haue
formulam ad clysma parandum:

17.

Rp. Gummi Mimosae drachmam
Opii puri granum

Solve in

Aquae Menthae piper. unciis quatuor

Adde

Aquae Amygdal. amar. drachmam.

D. S. Ad clysma tepidum.

Balnea tepida, calida, et frigida.

De balneorum usu et commodis in chole-
rae therapia magna exstat opinionum diversi-
tas inter medicos. Hi laudant tepida balnea (s.
Réaumur 25°), illi calida (s. Réaumur 32°),
et nou desunt, qui balneorum frigidorum com-
moda valdopere celebrant. Balneis tepidis et
calidis addi solent Acida concentrata (vid.
Acidum muriatico-nitricum etc.) a nonnullis
medicis, alii his Kali causticum (vid. Kali
causticum) admiscere iubent, ut balneorum
effectus irritans sit, et rubefaciens. Quidquid
est balneum, quod in usum vocatur, hoc
addere iubent ratio et experientia: fac, ne ae-
grotus diu in balneo perseveret, neque in
terido neque in calido neque in frigido; eura,
ut cholericis, dum in balneo est, membra fri-
centur, et e balneis egrediens cura, ut stragu-
lis calidis circumvolvatur. Infusiones frigidae
cholerici in balneis tepidis sedentibus a mul-
tis medicis propter mirabilem, quem habent,
effectum valdopere celebrantur, in primis si ce-

rebrum sive eius membranae typhosam patiuntur labem. Sed contra ipsam cholera sunt qui laudant lotiones frigidas, cataplasma frigida, nonunquam frigida balnea. (Cf. prae-
fationem.)

Calcaria chlorinica. S. Chloris cal- cicus.

Pulvis Calcariae chlorinicae vapores chlori-
nicos perpetuo exhalans, si aëri expositus
fuerit, sensim sensimque aërem atmosphaericum purificat. Ut hoc fiat, pulvere Calcariae
chlorinicae utaris, cui aquae fervidae nonnun-
quam parvam addis copiam. Calcariae chlo-
rinicae si Acidum sulphuricum aut muriaticum
concentratum adstillatur, vapores inde exeunt
respirationi nocentes. Fac igitur, ut homines
et animalia abeant ex atmosphaera his vapo-
ribus plena. Si Calcariam chlorinicam in aqua
solvis, solutio optime inservit purificationi re-
rum contagio infectarum.

Camphora.

Camphora ad frictiones membrorum et to-
tius corporis a permultis, et laudata est, et
laudatur, medicis. Adhibuerunt modo Spiritum
camphoratum, s. Spiritum Vini camphoratum,
qui ita paratur, ut camphorae uecia una Spi-
ritus Vini rectificati libra una solvatur; tunc
saepissime in usum vocatur linimenta vola-
tilia camphorata et linimenta saponato-cam-
phorata; optimo deinde fructu ad frictiones

usi sunt Camphora oleis maritata iisque modo
aethereis, modo pinguibus.

Cum mucilaginosis coniuneta Camphora elys-
matibus inservit; prae caeteris laudatur hunc
in usum Iulapium camphoratum s. Mixtura
camphorata ita praeparanda, ut Camphorae
drachma una cum Sacchari albi uncia dimidia-
Aqua destillatae ferventis unciis decem adda-
tur; continet uncia huius Iulapii sex grana
Camphorae.

18.

- Rp. Spiritus camphorati uncias quinque
Tincturae Capsici Indici unciam.
D. S. Usui externo.

19.

- Rp. Camphorae tritae drachmam
Olei Chamomillae cocti uncias duas.
D. S. Usui externo.

20.

- Rp. Olei Lini
Olei Terebinthinae ana drachmas sex
Camphorae tritae drachmam
Olei Caieput drachmam dimidiam
Liquoris Ammonii caustici unciam.
D. S. Usui externo.

21.

- Rp. Camphorae drachmam
Olei Terebinthinae unciam
Olei Amygdal. dulcium unciam dimi-
diam
Liquoris Amm. caustici uncias duas.
D. S. Usui externo.

Camphoram forma Julapii ad clyisma saepissime adhibuerunt, ad diarrhoeam vires vitales conseruentem, sistendam. Nonnunquam Opium addiderunt.

22.

Rp. Camphorae grana decem usque sedecim

Opii puri granum dimidium usque grana duo

Mucilagin. Gummi Arabici uncias duas usque quatuor

Terebinto misceantur.

D. S. Clysma. (Extracti Nuc. vomicae grana duo usque quatuor pro Opio admisceri possunt.)

Cantharides.

Cantharides, quorum vis urens et corrodens notissima est, forma Tineturae Cantharidum ad frictiones epispasticas saepissime in usum vocantur. Paratur Tineturae Cantharidum ita, ut uncia dimidia cum Spiritus Vini rectificati libra una per triduum frigide maceretur. Haec Tineturae cuti instillata eique illinita vim habet epispasticam celerrimam, et in cholerae therapia emplastro vesicatorio praeferri mereatur. Nonnunquam huic Tineturae admiscentur tineturam Capsici Indici; saepius adhibetur Tineturae Cantharidum cum Spiritu camphorato, Menthae etc. Caeterum Cantharides in nervosas corporis partes agunt, et salubris ipsorum contra cholera effectus, non tam ab illius lymphae, quam elicunt per vesicas copia quam potius a stimulo, quem nerveis fibril-

lis ad motum auctiorem inferunt, dependet.
Caeterum sunt medici, qui sinapismis addunt
pulverem Cantharidum, et Emplastri Canthari-
dum fortioris usum in cholerae therapia val-
dopere laudant.

23.

Rp. Tiuct. Cantharidum unciam dimidiam
Spirit. Menth. pip. uncias octo.

S. D. Lotio epispistica.

LEVISEUR, medieus Borussicus et de Cam-
phorae usu in cholerae therapia meritus, hanc
laudat formulam frictionibus irritantibus inser-
vientem.

24.

Rp. Tincturae Cantharidum uncias duas
Spiritus camphorati uncias tres
Liquoris Ammonii caustici uncias qua-
tuor
Olei Rorismarini unciam.

D. S. Usui externo.

25.

Rp. Tincturae Cantharidum
Tincturae Capsici Indici ana unciam.

D. S. Usui externo. Lotio epispistica.

26.

Rp. Emplastr. vesicat. ordin. unciam
Pulv. Cantharidum drachmam usque
drachmas duas
Olei Lini qu. s.

D. S. Emplastrum vesicatorium fortius.

Ad cataplasma Cantharidum hae sufficiunt
formulae:

Rp. Cantharidum pulverisat.
Farinae Tritici singul. unciam dimidiam
Aceti optimi quantum sufficit, ut fiat pasta
mollis.

Rp. Fermenti puri unciam unam
Aceti optimi unciam dimidiam
Fiat pasta, cui addantur
Cantharidum pulverator. drachmae tres.

Capsicum annum. S. Piper Hispa- nicum.

Fructus Capsici annui, bacea, ut constat,
carnoso - membranacea, seminibus albis com-
pressis repleta et saporis piperei fervidi, vim
habent irritantem, rubefacientem, epispasticam,
et hac de causa pulverem fructuum Capsici
annui, sinapismis, ut fortiores evadant, addunt,
sive pulpam parant ex pulvere fructuum Cap-
sici annui et Aceti fortis sufficiente quantitate,
sive ad frictiones tincturam adhibent Capsici
annui puram sive cum aliis spirituosis mix-
tam. Parari solet Tinctura Capsici annui ita,
ut fructuum Capsici annui incisorum uncias
duas Spiritus Vini reetificati libra una digeras,
exprimas, et filtratum serves.

Petropoli haec adhibita est formula:

29.

- Rp. Spiritus Vini camphorati
 Tineturae Capsici annui ana uncias
 quatuor
 Liquoris Ammonii caustici uncias duas.
 D. S. Usui externo.

MUELLER, medicus Saratoviensis, has laudat lotiones rubefacientes:

30.

- Rp. Capsici Indici uncias duas
 Camphorae tritae drachmas tres
 Terebinthinae depuratae uncias tres
 Spiritus Vini rectificatiss. libram unam.
 D. S. Usui externo.

31.

- Rp. Tineturae Capsici Indici
 Olei Terebinthinae
 Spiritus Salis ammoniaci caustici ana
 uncias duas.
 D. S. Usui externo.

DEPPISCH, medicus Orelanus, praeter miram multorum remediorum compositionem (vid. Oleum Terebinthinae) WEIGEL, medico apud Dresdanos narratore, has laudat frictiones.

32.

- Rp. Liquor. Ammon. caust. uncias duas
 Laudani liquid. Sydenhami unciam di-
 midiam.
 Tinet. Capsici annui uncias sex.

D. S. Fretio spirituosa pro pedibus, brachiis, serobiculo cordis etc.

33.

Rp. Saponis nigri

Farinae Semin. Sinapi ana uncias tres
Fruct. Capsici Indici unciam unam
Spiritus Vini q. s. ut f. unguentum.

D. S. Unguentum epispasticum fortius.

34.

Rp. Fermenti Panis atri uncias tres

Sem. Sinapi contus. uncias duas

Rasurae radieis Armoraciae unciam e.
dimidia

Ceparum sub cinere tostar. et contus.
unciam

Ammonii muriatici depurat. unciam di-
midiam

Fructus Capsici Indici cone. drachmas
duas

M. f. e. aceti Vini acerrimi q. s. ad ea-
taplasma.

D. S. Linteo s. corio illine et impone.

Cauterium actuale.

Indicos consuevisse, narratur, illis, qui cholera laborant, pedum plantas admotis fermentis caudentibus adurere. Plures Europae medici, hoc exemplum imitati, Cauterii actualis usum in cholerae therapia laudant. Modo spinam dorsi, modo regionem epigastricam adurunt. Cave, ne ulcera adustionem subsequentia altius serpent, et nimiam profundant

suppurationem vires vitales consumentem. Caute-
igitur adhibe cauterium!

Chininum sulphuricum.

Chininum sulphuricum DE GRAEFE, medie-
cus Berolinensis, ut remedium prophylacticum
contra cholera laudans et interne forma pilu-
larum (v. Chininum) propinans, simul hoc
emplastrum Chinini sulphurici regioni epigastri-
cae imponere iubet.

35.

Rp. Emplastr. Litharg. simpl. drachmas
sex
Resinae albae drachmas duas
Chinini sulphuric. drachmam
Olei Caieput
Camphorae tritae singul. serupulum.
M. f. emplastrum, extendatur supra linteum
regioni epigastricae imponendum.

Caeterum sacculum linteum hoc pulvere re-
pletum filo circa collum suspensum portare
suadet:

36.

Rp. Chinae regiae aleoholisa. drachmas sex
Chinini sulphurici drachmam
Olei Caieput serupulum dimidium.
M. f. species pro cueuph. D. S. In sac-
culo linteo.

Emplastrum aromaticum.

Emplastrum aromaticum vi sua carminativa
et confortanti notissimum multi mediei ut pro-

phylacticum laudant regioni epigastricae impo-
situm contra cholera morbum.

Emplastrum Cantharidum ordinarium et perpetuum.

(Vid. Cantharides.)

Emplastrum opiatum.

Emplastrum opiatum s. cephalicum a multi-
tis regioni epigastricae applicari solet ut re-
medium prophylacticum contra cholera.

Extractum Ratanhae.

Extracti Ratanhae solutio saepissime pro-
fuit contra diarrhoeam cholericam vires vita-
les consumentem.

37.

Rp. Extracti radie. Ratanhae scrupulum
Mucilag. Sem. Cydonior. drachmas tres
Decoeti Salviae unc. unam e. dimidia.

D. S. Enema tepide iniiciendum.

Flores Malvae vulgaris.

Decoctum florum Malvae bonos praestare
solet usus elysmatis forma. Vehiculum esse
potest Opii, Camphorae, Extracti Nucis vo-
miae, Extr. Ratanhae etc.

Fumigationes Guyton - Morveauianae. S. Fumigationes oxymuriatae.

Vapor oxymuriaticus prstantissimus est de-
lendis miasmatibus contagiosis et purificando
aëri atmosphaericō corrupto. Sed monendum
est, respirationem eodem pessime affici; hinc
domicilia, quorum atmosphaera fumigationibus
his depuranda sit, ab hominibus et animali-
bus evacuanda esse. Secundum quartam Phar-
macopoeiae Borussicae editionem ita parantur
fumigationes Guyton-Morveauianae.

38.

Rp. Mangani oxydati nativi subt. pulveri-
sati unciam unam
Natri muriaticei sicci uncias tres
Mixtis adde
Acidi sulphuriei crudi uncias duas
Aqua communis quantitate aequali
dilutas.

Dispensentur in vase solido bene obturato.

Boni effectus, ut AUGUSTIN in Pharmacopoeiae extemporaneae ed. II. p. 314. monet,
neque tamen in tali gradu, quam vapor mu-
riaticus oxygenatus est.

Vapor muriaticus simplex

ex Salis culinaris partibus duabus et Acidi
sulphuriei parte una constans.

Pertinent huc:

39.

Fumigationes nitricae Smithianae s. vapor nitricus.

Si hae fumigationes requiruntur, dispensentur seorsim

Kali nitrici depurati pulverati uncia una

Acidi sulphurici erudi coloris expertis drachmae duae

ultimum in vitro epistomio vitreo munito, et signetur utrumque nomine suo.

NB. Ad usum guttatum Acidum Kali nitrico affunde, ut vapores albi emittantur.

Vitandis detrimentis ex horum vaporum generatione in via humida oriundis SIEGL, pharmaceuta Monachensis, globulos proposuit carbonibus cendentibus iniiciendos et hoc modo parandos.

40.

Rp. Pulv. Natri muriatici

Pulv. Ferri sulphurici

Pulv. Terrae Limi tenacis ana libram et dimidiam

Pulv. Mangani oxydati nativi uncias tres.

Seorsim pulverisata misceantur et c. aquae calidae s. q. fiat pasta spissa statim in globulos formanda, lenissime siccanda.

Gummi Arabicum, Mimosae, Tragacanthea.

Mucilagines ex Gummi Arabico, Mimosae et Tragacanthea factae a multis medicis in usum vocatae sunt, ut elysmatum tepidorum formis diarrhoeae cholericæ sistendæ causa intestinis iniiciantur. Addi possunt Mucilagibus Opium, Extractum Nucis vomicae, Alumen, Camphora etc.

Herba Stramonei.

KERKOVIOUS, medicus Ricensis, fumum laudat herbae Stramonei contra paralysin nervi vagi et dyspnœam inde ortam. Inspergi iubet drachmam dimidiam pulveris herbae Stramonii carbonibus carentibus (Confer. in prima parte Pharmacopœae Herbam Stramonei), ita ut fumi herbae Stramonei aëri respirando sese admiscent.

Herba Theae Boheae.

Infusum herbae Theae enematis forma et Opio, s. Extracto Nucis vomicae addito bonos praestat usus contra diarrhoeam cholericam.

41.

Rp. Infusi herbae Theae boheae uncias duas usque tres

Tinet. Opii simplicis guttas decem usque quindecim.

NB. Addi possunt huic elysmati Salep., s. Vini rubri s. q.

Hirudines.

Hirudinum usu medici in cholerae therapia carere nequeunt. Modo nuchae, modo regioni epigastricæ applicandi sunt tum ab initio cholerae, tum versus finem. Optimo sunt successu in apotherapia huius morbi; congestionibus versus caput, hepar, et caetera civitatis abdominalis organa ortis, nullum fere aliud remedium est quam hirudinum applicatio, nonnunquam pluries die reiteranda. Aegre substituitur cucurbitarum applicatio.

Julapium e Camphora.

(Vid. Camphora.)

Kali causticum fusum et siccum.

Kali causticum, in primis siccum, balneis rubefacientibus addi solet in cholerae therapia; pro balneo uncia una usque unciae duae, et quod excurrit, sumitur.

Laudanum liquidum Sydenhami.

Adhibuerunt nonnulli medici hanc tinteturam Opii crocatam ad frictiones partium externarum spasmis affectarum; alii eandem miscuerunt cum Liquore Ammonii caustici, alii denique linimentis volatilibus adstillarunt.

Linimentum ammoniato - camphoratum.

Uti solent medici hoc linimento ad frictiones extremitatum et abdominis instituendas.

Linimentum ammoniatum s. volatile.

Adhibuerunt hoc linimentum notissimum,
quod Liquoris Ammon. caust. parte una et
Olei Olivarum partibus sex constat, ad frictio-
nes partium cholera algentium; addi possunt
huic linimento Opium, Tinct. Cantharidum etc.

Sic innotuerunt:

Linimentum ammoniato - aromaticum irritans.

42.

Rp. Linimenti ammoniati unciam unam
Tinct. Cantharidum
Tinet. aromaticae ana drachmam unam.
Adiici potest Tinctura Opii, si dolores adsunt.

Linimentum ammoniato - aethereum.

43.

Rp. Spirit. sulphurico - aetherei
Liquoris Ammonii caustici
Tinet. Cantharidum ana drachmam
unam e. dimidia
Olei Linii s. Amygdalarum dule. un-
ciam unam semis.

M. exactissime. D. ad vitrum epistomio clau-
sum. S. Linimentum ammoniato - aethereum.

Liquor Ammonii anisatus

ita praeparatur, ut Olei Anisi aetherei parti
dimidiae, in Spiritus Vini rectificatissimi unciis

duodecim solutae, Liquoris Ammonii caustici partes tres addantur. Nonnunquam in usum vocatus est hic Liquor ad frictiones partium cholera algescientium, et optimo, ut fertur, effectu.

Liquor Ammonii causticus.

Hic Liquor eximie excitans et rubefaciens et saepius epispasticus aut pure aut cum aliis remediis epispasticis mixtus ab omnibus fere medicis ad frictiones instituendas laudatur. (Vide Capsicum annum, Camphoram etc.)

Manganum oxydatum nativum.

(Vid. Fumigationes Guyton - Morveauianae.)

Mixtura camphorata. S. Julapium e Camphora.

(Vid. Camphora.)

Liquor anodynus mineralis Hoffmanni.

Sunt permulti, qui huius liquoris usum externum ad vires vitales excitandas in cholericis asphyxia affectis laudant.

Morphium aceticum.

DYRSEN, medicus Rigensis primarius, Morphium aceticum non sine fructu ita adhibuit, ut hunc pulverem:

44.

Rp. Morphii acetici granum unum
 Gummi Arabici grana quinque
 serobiculo cordis epidermide sua emplastro ve-
 sicatorio privato infricaret. Laudarunt ean-
 dem Morphium aceticum adhibendi methodum
 plures Germaniae medici, inter quos HERTZ,
 medicum Koenigsbergensem, et LEONHARDTI,
 medicum Dresensem, nominamus. Vocant hanc
 methodum endermicam.

Mucilago sem. Cydoniorum.

Hic mucilago involvens et leuiter adstringens
 optime inservit clysmatibus contra diarrhoeam
 cholericam tepide iniiciendis. Addi potest
 Opium, s. Aquae Laurocerasi guttulae non-
 nullae.

Mucilago G. Arabici, Mimosae etc.

(Vid. Gummi Arabicum etc.)

Mucilago Salep.

(Vid. Radix Salep.)

Natrum muriaticum s. Sal culinare.

Sunt qui huius Salis libras quatuor usque
 sex balneis calidis admiscent.

Nuces moschatae.

Nuces moschatae pulverisatae mucilaginosis coniunctae forma pulveris Rigae contra cholera-m epidemiam bonos praestiterunt usus.

45.

- Rp.** **Pulver.** **radic.** **Columbo**
Pulv. **Nucis** **moschatae** ana drachmam
Pulv. **radic.** **Salep.** **scrupulum**
Decocti **semin.** **Lini** **uncias** **quatuor.**
D. S. **Clysmal** tepide iniiciendum.

KERKOVIVS, medicus Rigensis, ad clysmal hunc laudat pulverem, cui decocti mucilaginosi s. Aquae tepidae ad clysmal sufficiens copia additur.

46.

- Rp.** **Pulv.** **Nuc.** **moschatae**
G. **Arabici** ana drachmam
Pulv. **radic.** **Columbo** drachmam dimidi-
diam
Pulv. **radic.** **Salep.** **scrupulum.**
M. **f.** **pulvis.**

Oleum Carvi.

Ad unctiones partium cholera algentium nonnunquam adhibitum est **Oleum Carvi** in therapia cholerae, tum solum, tum cum aliis remediis coniunctum.

Oleum Chamomillae coctum.

Hoc Oleum a multis medicis ad frictiones calidas corporis laudatur, in primis spasmis prodest dolorosis. Maritari potest cum Oleo Hyoscyami cocto, cum Spiritu Salis ammoniaci caustico etc.

Oleum Hyoscyami coctum.

Idem valet de huius olei usu, quod de Oleo Chamomillae cocto dictum est.

Oleum Caieput.

Sunt medici, qui Oleum Caieput Spiritui Ammonii caustico maritatum ad frictiones laudant. Ne autem obliviscaris, Oleum Caieput maximi esse pretii, nec maioris efficacitatis, quam Oleum Menthae crispa s. piperitae aethereum etc.

WEESE, medicus publicus et exercitatissimus apud Thornenses, unctiones oleosas frictiones spirituosis praeferens, saepius hac compositione bono eventu usus est ad frictiones extremitatum.

47.

Rp. Olei Chamomillae iufusi
 Olei Hyoscyami
 Spiritus Terebinthinae ana uncias duas
 Liquor. Ammon. caust.

Tinet. Capsici annui ana unciam unam
Camphorae unciam dimidiam.

D. S. Linimentum.

Oleum Hyoscyami ammoniato - camphoratum.

48.

Rp. Olei Hyoscyami unciam c. dimidia
Liquoris Ammon. caustici semiunciam
Camphorae
Tinet. Opii simpl. ana drachmas duas.

D. S. Sopiendis doloribus in spasmis musculorum.

Pertinet hue

Oleum anodynum Vogleri

ex Olei Hyoscyami et Chamomillae cocti partibus aequalibus constans.

Oleum Lini.

Frictiones partium algore cholericō torpescientium oleosae eaeque calidae iure laudantur a multis, qui cholericos tractarunt. His frictionibus optime inservit Oleum Lini depuratum, sive

Oleum Olivarum.

Oleum Terebinthinae.

Oleum Terebinthinae, cuius vis excitans satis nota est, externe saepissime adhibitum

est et adhibetur contra cholericum membrorum et totius corporis superficie algorem. Formulae, quibus ad frictiones Oleum Terebinthinae medici utuntur, hae fere sunt:

49.

Rp. Olei Terebinthinae unciam
Spiritus Juniperi uncias quatuor usque
quinque

D. S. Usui externo.

MUELLER, medicus Saratoviensis, ita miscere et illinire suadet Oleum Terebinthinae:

50.

Rp. Capsici Indici contusi uncias duas
Camphorae tritae drachmas tres
Terebinthinae depurat. uncias tres
Spirit. Vini rectifieat. uncias sex.

Stent in digest. per diem. F. Colatura. S. Usui
externo.

Medici Rigenses

Linimentum anticholericum

ita compositum laudant:

51.

Rp. Tinctoriae Capsici Indici
Olei Terebinthinae
Spirit. Salis ammon. caustici ana un-
cias duas.

D. S. Usui externo,

Linimentum Terebinthinae.

52.

Rp. Olei Terebinthinae uncias duas

Liquor. Ammon. caustici

Spirit. camphorati ana unciam dimidi-
diam.

D. S. Linimentum terebinthinatum.

Tinctura Cantharidum terebinthinata.

53.

Rp. Olei Terebinthinae unciam

Tinet. Cantharidum drachmas tres

Liquor. Ammon. caustici drachmam
unam et dimidiam.

D. S. Linimentum irritans.

54.

Rp. Saponis domestici unciam

Solve in

Aqua destillatae unciis octo

Adde

Olei Terebinthinae unciam

Balsami Peruviani unciam dimidiam.

D. S. Usui externo.

Oleum Menthae crispa et piperi-
tae aethereum.

Saepius in usum vocatum est Oleum aethe-
reum Menthae crispa et piperitae sive un-
guenti forma sive emplastri, tum in cura cho-
lerae ipsius, tum in eius cura prophylactica.

55.

Rp. Olei Menthae piperitae drachmam dimidiam

Tincturae Thebaicae drachmam

Olei Olivarum s. Amygdalar. duleium unciam

D. S. Usui externo.

SIMMERLINGIUS, medicus Pomeranus, has commendat frictiones:

56.

Rp. Unguenti Althaeae

Olei Hyoscyami ana unciam

Camphorae

Tincturae Opii crocatae ana drachmam cum dimidia

Olei Menthae piperitae scrupulos duos.

D. S. Intere et dein impone saceulum arenarium in abdomen, omni bihorio renovatum.
(Interne Magnesiam carbonicam s. argillam sumi iussit.)

57.

Rp. Emplastr. bacchar. Lauri unciam

Camphorae

Salis volat. Cornu cervi ana drachmam dimidiam

Opii puri scrupulum

Olei Nucis moschatae express. scrupulum

Olei Menthae piperitae

Olei Caryophyllar. ana guttas decem.

Malaxentur. D. S. Emplastrum supra corium extensum regioni epigastricae applicetur.

Rp. Emplastri de Galbano erocati unciam
 Camphorae drachmam
 Salis volatil. Corn. cervi
 Opii purissimi ana drachmam dimidiam
 Glei Menthae s. Caryophyll. serupulum.
 Malaxentur. D. S. Corio seu lanteo illine, et
 hypochondriis impone.

Oleum Sinapi.

Oleum hoc cito et tuto rubefaciens non ubique locorum a pharmaceutis praeparari, dolendum est. Serupulo enim epidermidi illinito, haec brevi tempore post rubefit; epidermis rubefacta charta cerata tegi debet. Oleum Sinapeos epispasticum est tutissimum auctore WERNECK, medico Salzburgensi, qui illud contra cholera sporadicam eamque periculosa in usum vocavit et iure contra cholera epidemiam laudat.

Opium.

Permuli mediei opium ad unctiones membrorum laudarunt algore choleric torpescientium. Hunc in usum Tincturam Opii cum Liquore Ammonii caustici s. cum oleis dulcibus miscent, sive unguentis addunt.

Alii laudant Opii usum forma unguenti ad ulcera vesicatoria subsequentia eaque vulgo valde dolorosa sananda; alii his ulceribus vesicatorii usu factis Opium pulverisatum inspergunt, ut ita vasis absorbentibus exceptum vires suas lenientes et antispasmodicas in cor-

pus cholera erueiatum exserat (vid. Morphium aceticum). Sunt denique qui Opium emplastri forma (vid. Emplastrum opiatum) ad prophylaxin regioni epigastricae imponere suadent.

Pix liquida et navalis.

Picis liquidae fervidae vapores ita parandi, ut vasa picis liquidae plena carbonibus candentibus imponantur, a multis laudantur ad cholerae aut contagium aut miasma delendum; ad diaeteticum igitur usum prosunt vapores picei.

Pix navalis supra linteum extenta et regioni epigastricae imposta ut prophylacticum a multis celebratur. Sunt qui emplastrum hoc et quidem prophylacticum narratore ANTON CRAUSE laudant.

59.

Rp. Picis albae s. navalis unciam unam
usque duas
Cerae flavae uncias duas.

Malaxent. D. S. Emplastrum supra linteum extendendum et regioni epigastricae imponendum.

Pulvis aromaticus.

Pulvis aromaticus cum micae panis nigri et vini rubri suff. quantitate in cataplasmatis consistentiam mixtus bonos praebet usus, si regioni epigastricae remediis irritantibus rubefactae imponitur, contra vomitus et singultus cholericos.

Pulvis Arrow-Root.

Pulvis Arrow-Root cum Aquae suff. quantitate mixtus et mucilaginem constituens enematibus inservit calide applicandis. Addi potest Mucilagini Arrow-Root Opium s. Vitellum ovorum s. Mucilago seminum Cydoniorum.

Radix Armoraciae.

Radix Armoraciae rasa ut rubefaciens et derivatorium a multis medicis regioni epigastricae imponi iubetur. Sunt qui iure illam Sinapismo, ut fortius fiat, addunt. Pediluviiis addi potest, quae ab initio cholerae bonos habent effectus; e. g.

60.

Rp. Aquae calidae libras quatuor
Radicis Armoraciae tritae uncias duas
ad quatuor.

Radix Ipecacuanhae.

Infusum radicis Ipecacuanhae ex scrupulo dimidio paratum clysmatis forma adhibitum in cholerae Asiaticae cura non raro multum prodest. Si Tinctoram habes Ipecacuanhae (non ubique officinalem), guttae decem Infuso florum Chamomillae, suasore WERNECK, medico militari Austriaco, adstillatae, sufficiunt.

Radix Salep.

Decoctum radicis Salep. clysmatibus cholera affectis iisque diarrhoea laborantibus ap-

plicandis inservire solet. Admiseri possunt decocto Salep, Opium, Vitellum ovorum, Camphora, Aqua Laurocerasi, Alumen etc. Addi debet, coctionis ope quadraginta octo partes aquae unam partem radicis Salep. solvere ita ut fiat decoctum mucilaginosum.

61.

Rp. Radicis Salep. scrupulum usque drachmam

Coque c.

Aquae fervidae unciiis quatuor usque sex

Ad colaturam unclar. sex adde

Opii puri granum unum usque duo
Vitellum ovi unius.

Subacta. D. S. Adhibe partim vel totum pro clysmate.

Semina Lini.

Decoctum Seminum Lini in cholerae therapia in primis ad clysmata paratur. Sic famam contra diarrhoeam cholericam nactum est hoc Clyisma mucilaginoso - opiatum.

62.

Rp. Tinet. Opii simpl. gtt. duas usque octo
Decoct. Sem. Lini uncias duas usque quatuor.

D. S. Clyisma tepide iniiciendum.

Semen Sinapi pulverisatum s. Farina Seminum Sinapi.

Pulvis Seminum Sinapi propter vim suam irritantem et rubefacientem, saepius epispasticam, in primis Sinapismorum usui inservit, qui ubique locorum in cholerae therapia valdopere laudatur. Parari solent e Semine Sinapi Sinapismi mitiores et fortiores. Sinapismum mitem parandi methodus haec est, ut pulveris grossi Seminum Sinapi uncia dimidia cum Aceti vini quantitate sufficiente misceantur ita, ut fiat pasta, quae crassitie digiti linteo calida illinitur regioni epigastricae imponendo. Ad sinapismos fortiores parandos plura requiruntur remedia rubefacientia.

63.

Rp. Seminis Sinapi contus. uncias duas
Rasurae rad. Armoraciae unciam c.
dimidia
Aceti vini acerrimi s. q. ad cata-
plasma.

D. S. Usui externo.

64.

Rp. Pulveris grossi seminis Sinapi unciam
dimidiad
Pulveris grossi Piperis nigri drachmam
unam
Rasurae radicis recentis Armoraciae
Fermenti Panis singulor. unciam unam
Aceti concentrati q. s. ut fiat pasta.

D. S. Usui externo.

65.

Rp. Micae panis nigri uncias quatuor
 Sem. Sinapi pulv. uncias duas
 Salis communis unciam sem.
 Aceti q. s. ut fiat cataplasma.

Hic **Sinapis**mus crassitie digitii calidus illi-natur linteo; non minus fluidus sit, sed bene inspissatus, adeo ut nonnisi vapores calidi linteum penetrant.

Hi **Sinapis**mi fortiores vix ultra quadrantem horae partem imponi debent, ne ulceræ valde molesta et aegroto valde dolorosa oriantur.

Nostris diebus **MAYER**, medicus Mindensis, aquam **Sinapi** laudat propter vim epispasticam quam habet celerem. Ita paratur:

66.

Rp. Semin. **Sinapi** contus. libram
 Spiritus Vini uncias duas
 Ammonii muriatici unciam
 Aquæ fontanae s. q., ut eliciatur di-gestione calida plures per dies durante Colatura librae dimidia e s. librarum duarum.

D. S. Usui externo.

Haec aqua fortis **Sinapi**, si colatura librae dimidia paratur, vires habet epispasticas ce-lerrimas, si ope lintei imponitur; paulo enim post oritur irritatio etc. Si aqua **Sinapi** co-latura librarum duarum parata lotioni epispasticæ inservit, Spiritus camphoratus addi potest.

Farina seminum Lini nonnunquam balneis admisceri meretur fervidis. Sunt medici qui huius farinae libras duas usque tres illis addunt, una cum hac coniungunt Natri muriatici haud parvam copiam.

Species aromaticae

Aquae et Vino infusae fomentationibus calidis optime inserviunt. Sunt qui fomentationes calidas Vino infusas et capiti impositas non semper reiiciendas esse putant in typho cholera subsecente. Cataplasma ex his speciebus cum Vino rubro parata et stomacho imposta vomitum saepius supprimunt. Varsoviae haec cataplasma lacte decocta et ventri applicata optimo eventu adhibita sunt contra cardialgiam et colicam cholericam.

67.

Rp. Specier. aromatic.

Pulv. herbae Cicutae

Farinae sem. Lini ana partes aequales.

D. S. Ad cataplasma.

Spiritus Angelicae compositus.

Spiritus Angelicae compositus ita praeparari solet, ut e

68.

Rp. Radie. Angelicae libra una

Herb. Scordii libra dimidia

Radic. Valerianae

Baccar. Juniperi singul. unciis tribus

Spiritus vini rectificati libr. sex
Aqua communis suff. quant.

Destillando eliciantur librae sex.

Huius vis nervina et diaphoretica ad erigendas vires et ad promovendam crisin per cutem in cholera valdopere laudatur, si ad frictiones adhibetur.

Si in Spiritus Angelicae compositi libris sex Camphorae uncia una cum dimidia solvitur, oritur

Spiritus Angelicae compositus camphoratus,

quem multi ad frictiones laudant. Caeterum Spiritus Angelicae compositus a multis ita adhibetur, ut Tinctura Capsici annui sive Liquor Ammoni causticus admisceantur.

69.

Rp. Spiritus Angelicae compositi uncias sex
Liquoris Ammonii caustici unciam.

D. S. Usui externo.

Spiritus camphoratus.

(Vid. Camphora.)

Spiritus Formicarum

ad frictiones partium externarum spirituosas saepius in cholerae therapia in usum vocatur.

Spiritus Lavendulae

inservit frictionibus spirituosis.

70.

Rp. **Spiritus Lavendulae**, s. **Serpynlli**, s.
Rorismarini uncias duas
Spiritus Juniperi unciam cum dimidia
Spiritus Salis ammoniaci caustici un-
ciam dimidiam usque unciam.

D. S. Usui externo.**Spiritus matricalis s. Mastiche com-**
positus.

Pro lotione partium externarum.

Spiritus Rorismarini.Vis et usus **Spiritus Lavendulae**.**Spiritus Serpylli.**Vis et usus **Spiritus Lavendulae**.**Terebinthina cocta.**(Vid. **Oleum Terebinthinae**.)**Theriaca s. Electuarium Theriacae.**

Hoc electuarium permultis iisque aromaticis
adstringentibus et metallicis constans remediis
externe, ut fama fert, bono eventu a medicis
nonnullis Russicis in usum vocatum est.

Sunt qui huius linimenti usum laudant:

71.

Rp. Theriacae drachmas tres
 Acidi nitrici diluti uncias duas
 Olei Terebinthinae
 Spirit. Vini rectificatissimi ana unciam
 unam.

M. f. Linimentum.

Tinctura Cantharidum.

(Vid. Cantharides.)

Tinctura Capsici annui.

(Vid. Capsicum annum.)

Unguentum Althaeae

ad unctiones partium externarum algentium
 saepius quam in cholerae therapia fieri solet,
 in usum vocari meretur, in primis si Olea ae-
 therea sive Opium addi curas.

Unguentum Cantharidum.

(Vid. Cantharides.)

Unguentum Cerussae camphoratum.

Sunt medici qui unctiones Unguento cerus-
 sae - camphorato factas contra algorem extre-
 mitatum laudant.

Unguentum Neapolitanum

in therapia morborum inflammatoriorum choleram saepissime subsequentium magnum remedium in primis ad hepatitidem aliasque viscerum abdominalium inflammationes.

Unguentum nervinum s. Roris marinii compositum.

Perutile est hoc unguentum ad unctiones in cholerae therapia, et saepius, quam fit, in usum vocari debet.

Unguentum Terebinthinae s. digestivum

unctionibus membrorum in cholerae therapia inservire potest.

(Aeg. Campanigae)

(Aeg. Campanigae)

LIPSIAE
ex Officina Hirschfeldii.

HALLE

HISTORICIS LIBRARII



20,-

Ac

